



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Libver V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER QUINTUS.

## TITULUS I.

### De modis quibus Iure Ordinario acquirantur Beneficia.

#### SUMMARI A.

- 1. *Continuatio.* *sunt Ordinarii, vel Extraordinarii.*
- 2. *Modi quibus Beneficia acquiri possint, hodie vel* *Qui Illi.*



Explicavimus præcedenti libro ea, quæ in Beneficiorum acquisitione observatu necessaria, explicandi nunc modi, quibus ea acquiri possunt.

Fuit olim tantum unus: Nempè Electio; ut patet ex ritu ab Apostolis observato: *Actor. cap. I. & 6. & 13. & 14. Euseb. lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. II.* Postea, hominum mores, variis ætatibus & sæculis subinde mutati, fecerunt ut orti fuerint multi; iique vel *Ordinarii, vel Extraordinarii.*

*Ordinarios* examinabimus hoc libro; *Extraordinarios* sequenti, idque singulis titulis.

Sunt *Illi*: *Electio, Postulatio, Translatio, Collatio*, sive fiat *Jure Ordinario, sive devoluto; Presentatio, Institutio, Conjunctio, seu Unio, Commenda, & Possessio Triennalis.*

[Cc]

TITU.



## TITULUS II.

## De Electione.

## SUMMARI.

1. *Electio quid.*
2. *Ejus forma jure Novo triplex.*
3. *Ad quos pertineat Electio.*
4. *Ut ad actum Electionis perveniri possit, quae observanda.*
5. *In electione per Scrutinium sunt particularia. Quae?*
6. *Per Compromissum quando fit Electio.*
7. *Quando per Inspirationem.*
8. *Contigit in Electione Papae Fabiani.*
9. *Electio intra quod tempus Electo praesentanda.*
10. *Electus consentum Confirmationem debet petere. A quo?*
11. *Eam debet sequi Consecratio.*
12. *Consecratio an fuerit olim a Confirmatione distincta.*

**D**E Electione, Postulatione & Translatione egimus in Titulo nostro de Personis Ecclesiasticis fufius, cernimus propterea hic breviores.

Est *Electio* idoneae personae ad Praelaturas & Dignitates tunc facta optio.

Alia ejus forma fuit olim, ut ostendimus dicto tractatu, titulu curia & hoc, supra libro secundo: alia jure novo introducta.

Qua triplex; Per *Scrutinium*, *Compromissum*, *Inspirationem*. c. quia propter. de elect.

Corvin  
De Personis  
et Benefic. Ecc.

G I

32



Pertinet Electio ad Collegium Canonorum, cui Pastor quaeritur. 3  
*c. Abbatem. cum seq. eod.*

Ad actum electionis ut perveniri possit, quaedam necessario sunt 4  
 observanda.

*Primò:* Omnes Canonici, Jus eligendi habentes, *De quibus. in d. Tract. de person. Eccles. lib. 1. tit. 6.* existentes in provincia & de dicto Collegio, statim, vel tertio die, ab obitu praelati, *can. nullus. dist. 79.* convocari debent: *c. coram. c. venerabilem. c. bone memoria. c. in genef. eod. c. cum in Ecclesiis. de prebend.* Vocati, comparere; si sine periculo possint; aut procuratorem mittere: *c. quia propter. §. illud. de elect. c. pen. eod. in 6.* Fieri electio Dignitatum majorum, intra tres menses: *c. ne pro defectu. 41. eod. can. postquam. dist. 50. c. quoniam. dist. 25.* Quod tamen ex justa causa, & prorogari, *d. can. quoniam. dist. 25.* & restringi etiam ab ipso Collegio quod eligit, potest: *Gloss. in verbo Abbreviationem. tit. de auctorit. Concil. General. & in verb. aliud. tit. de election. & reservation. in Pragm. Sanct.* Praefici etiam debet Electioni dies, *vers. & cum humana eod. in Pragm. Sanct.* locus: qui regulariter Ecclesia Cathedralis: *c. sicut. de elect.* Habita & audita Missa de Spiritu Sancto: *c. cum terra. de eod.* Confessione facta & Sacramento Eucharistiae suscepto: *d. vers. & cum humana. ubi Gloss. verbo suscipiant. corporali. c. Ego. de iurejur. c. ubi periculum. §. propterea. de election. in 6.* iuramento praestito; *de cuius forma in divers. & cum humana. & ibi Gloss. in verb. Praelato.* Quae in omni forma electionis servanda.

In Electione verò quae fit per *Scrutinium* particularia sunt. Quod 5  
 Eligentes conveniant in unum: Collegialiter: *d. c. in Genesi. de elect.*  
 Assumantur tres de Collegio, fide digni. Ii secretò & figillatim cunctorum vota exquirant: *d. c. quia propter.* Exquisita in scriptis redacta in communi publicent: *c. cum post. 46. c. Ecclesia. 48. de elect.* Ad Collationem tum procedant: *d. c. quia propter. verb. collatione habità:* Tum in quem major & sanior pars Collegii consenserit, nullo extraneo actu intermedio, *c. cum in iure. eod.* eligant: Electionem unus de Collegio eius nomine, per verba singularis numeri solemniter, pronuntiet. *c. sicut. eod. in 6. c. cum ab uno. de sent. & re judic. in 6. Vide d. nostrum*  
 [Cc] 2 *Tract.*



*Tract. d. lib. & tit. & Jus nostrum Canonic. strictim explicat. lib. 1. tit. 4. de elect.*

6 Per *Compromissum* fit Electio, cum eligendi potestas uni, *c. compromissum. 8. de elect.* vel duobus, vel pluribus, viris idoneis, *c. in causis. 30. c. cum in jure. 33. c. cum in veteri. 52. eod.* sive de collegio, *d. c. compromissus. d. c. cum in jure. d. c. cum in veteri.* sive extra illud, *d. c. cum compromissum* ab omnibus jus eligendi habentibus. *Gloss. & Abb. in d. c. quia propter. S. vel saltem. num. 2.* committitur; qui vice omnium, vel loco vacanti prospiciant, vel alios, qui hoc *Compromissi* forma diligenter servata, *d. c. cum dilectus. 32. ubi Abb.* & nomine discrepante, *Abb. d. qui propter. S. vel saltem.* faciant, eligant. *d. c. in causis. Vid. Tract. ultimos ad locis.*

Sic olim electus Papa Joannes XXII. per semetipsum relictus Petro Massano *in ejus vita. libro de Virtutibus Pontificum.*

7 Per *Inspirationem* fit Electio; vel *Veram*, quae fit revelante Deo, vel *Quasi*, cum Electores nullo tractatu praecedente, omnes in unum consentiunt: *d. c. quia propter. 42. vers. vel saltem. Gloss. in d. c. vers. cum humana. in verb. Inspiratione. tit. de elect. in Pragm. sanct.*

8 Contigisse hoc dicit Eusebius. *Eccles. histor. lib. 6. cap. 21.* in Fabiani Pontificis Summi Electione; Nam cum de substituendo in decessu Pontificis locum alio ageretur, nec cogitarent de Fabiano cuius capiti infedisset columba, clamaverunt omnes uno animorum consensu, illum eo dignitatis gradu dignum, & absque mora arreptum in Pontificali Sede collocarunt.

9 Electio facta & publicata, intra dies octo, ex quo id commodetur potest, Electo presentari ejusque consensus peti debet, *c. expresse. 16. vers. ceterum. de elect. in 6.* Electus si eam acceperit, (ad quod non cogitur. *c. gesta. 2. c. ubi ista didicisti. dist. 71.*) olim intra tres menses, *Balsamon. in can. 25. Synodi Chalcedonensis.* ex Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. intra mensem, a die presentationis numerandum, assensum praestare teneatur: *c. quamvis sit. 6. eod. in 6.* assensum si praestaverit, iure per Electionem quaesito gaudeat, *c. avaritia. 5. eod. in 6. c. palatium. 17. & ibi Abbas. eod. Confirmationem.* perere ab eo prelato, cui dignitas, ad quam electus, immediate subest. *Abb. in c. cum Ecclesia. num. 8.*

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



*vid. De quare. vide d. Jus nostr. Canon. lib. 1. tit. 6. & d. Tract. de person. Eccles. lib. 1. tit. 8.*

Confirmationem sequi, intra menses tres, *can. 1. dist. 101. c. cum in I I cunctis. 7. de elect. can. 2. dist. 75. debet Consecratio; & quidem necessario: Quamvis enim Episcopus post Confirmationem in spiritualibus & temporalibus plenam consequatur administrationem, non tamen potest exercere ea quae sunt ordinis. c. licet. 4. de translat. Episcop. c. transf. missam. 15. c. quod sicut. 28. de elect. Conjunge in d. Jure nostro Canonico tit. 7. lib. 1. & in d. Tract. lib. 1. tit. 9.*

Consecrationem hanc non fuisse olim à Confirmatione distinctam p̄titar Duarenus *cap. 1. lib. 5. de benefic. Contradicit Dartis de benef. tit. 6. cap. 1. vers. p̄tito. Recte. Probat hoc tot. dist. 64. can. 1. Apostol. & ad illum Balsamon. Dicens in d. can. verbum x̄ḡer̄v̄v̄ consecrationem significare.*

TITULUS III.

De Postulatione.

SUMMARIA.

- 1. Postulatio Electioni similis, distinguenda tamen ab ea diligenter.
- 2. Olim non fuit in usu: & quare.
- 3. Introducta postea.
- 4. Quid.
- 5. Cur dicis gratia.
- 6. In Postulatione via sup̄plici & humili incedant postulantes.
- 7. Postulare qui possint.
- 8. An Election. & Postulation. materia hodie in usu.

**P**ostulationem, de qua in praecedenti titulo diximus, sequitur Postulatio, Ei valde similis. Non cum ea eadem: licet postulationis & electionis verbis veteres usi fuerint promiscuè; *can. Episcopus. 11. dist. 61. can. literas. dist. 63. Distinguenda propterea diligenter.*

US  
NIS  
clesia



- 2 Et sciendum; Electionem tantum, non Postulationem olim fuisse in usu. Fuisse enim supervacua. Quia Episcopus, Cleri Electio, consensu Populi, à Metropolitano atque Episcopis Comprovincialibus ordinabatur: & sic peragebatur negotium totum Metropolitanò, & Episcoporum Synodo præfente, penes quam hujus rei erat potestas. *can. 3. Valentinianus. can. 25. cum longè. dist. 63.*
- 3 Postea introducta postulario; quando existimabatur dignus, qui eligi non poterat; Ut quia neophytus, ut D. Ambrosius; *can. Neophytus. 9. can. Episcopus. 11. dist. 61.* Laicus, ut D. Nicolaus, *can. Statimus. 8. §. his omnibus. d. dist. non perfecta ætatis, in minoribus ordinibus, illegitimus. c. 3. & ibi Gloss. & in c. fin. de postul. c. innotuit. 22. & ibi Gloss. de elect.*
- 4 Est Postulatio, gratia à Superiore facta, quò aliquis promoveretur ad Prælaturam, ad quam, jure Communi, propter aliquod impedimentum, eligi non poterat. *secund. Dantis de benef. sect. 6. cap. 2. de gratiæ petitio. sec. Panorm. in rubr. de postul. Quem secuti sumus in libro nostro Canon. lib. 1. tit. 5. & Tract. nostro de person. Eccles. lib. 1. tit. 7. Quos huic titulo conjuge.*
- 5 Dico Gratia; Quia ii qui postulant, dispensationem petunt, postulant gratiam, quia jure deficiunt. *d. c. innotuit. 22.*
- 6 Est propterea in postulatione non solum necessarium, ut via supplicatoria & humili incedant postulantes, *d. c. innotuit. c. 1. cum supra de postul. Pralat. sederiam ut Postulationis libello inferatur postulationis defectus omnis. d. c. innotuit.*
- 7 Postulare possunt iidem qui eligere: Et quæ diximus supra, & de Actis dictorum tractatum nostrorum titulis, in electione esse observanda, & sunt observanda in Postulatione. *Gloss. in verb. Electionem. de Electione in Sanct. Pragm. Vide in d. Tract. nostro. lib. 1. d. tit. 7. de postul.*
- 8 Sed Electionis & Postulationis materiam parum esse in usu, nec his temporibus practicabilem maxime in Hispania, titulumque de electione ab aula recessisse, post Lambertin. *de jurè patronat. part. 1. lib. 2. qu. 7. art. 20. num. 6. in fin. & Mandol. reg. 2. Cancell. in prefat. num. 3. dicit Garcia tract. de benefic. part. 4. cap. 1. num. 11.*

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I

32



TITULUS IV.

De Translatione.

SUMMARIA.

- 1. Postulationi affinis est *at differentiam.*
- 2. Regulariter prohibita.
- 3. Prohibitionis ratio duplex.
- 4. Balsamon qualem faci-
- 5. Permittitur Translatio aliquando.
- 6. Requiritur tum Superioris auctoritas.
- 7. Cujus olim, & hodie.

**P**ostulationi affinis est *Translatio*, quoniam in postulato locum habet, quando alterius Civitatis Episcopus postulatur in Episcopum.

Est regulariter, tam in Episcopis, quam in ceteris Clericis, prohibita. *can. Episcopo. 13. cum seq. Apostol. can. 15. & 16. Concilii Niceni. Statutum enim can. 6. Synodi Chalcedonensis. rel. in can. neminem. 1. dist. 70.* Nullum absolute ordinari, nec Presbyterum, nec Diaconum, nec omnino aliquem eorum, qui sunt in ordine Ecclesiastico; nisi specialiter in Ecclesia Civitatis vel pagi, vel Martyrio, vel Monasterio ordinatus designetur. Concilium Sardicense *can. 1. & 2.* se ab una Ecclesia in aliam transferentes, ne Laicorum quidem communione dignos habet: Carthaginense *can. 52.* depositos, Magistratibus secularibus puniendos tradet: Rothomagense a Clero dejicit: *can. 33. sanctum. 7. qu. 1. Papa Leo epist. 82. ad Anastas. Thessalonic. Episc. rel. can. 31. si quis Episcopus. 7. qu. 1. & Concilium Meldense can. 30. rel. can. 32. si quis. 7. qu. 1.* utraque Ecclesia carere jubet.

Prohibitionis ratio est duplex. Odium ambitionis; *Sardicense Concil. can. 1. d. can. si quis Episcopus. Theodoret. histor. Eccles. lib. 5. cap. 8.* & vinculum matrimonii inter Episcopum & Ecclesiam contracti, quod hominum arbitrio dissolvi non potest. *c. 2. de translat. Episc.*

Balsa-

US  
nis  
glesia



4 Balsamon in cap. 15. Synodi Nicane. differentiam ponit inter *Metabasin*, id est, translationem, *Metabasin*, id est, transitionem, & *Epibasin*, id est, invasionem: translationem & transitionem permittit, non invasionem. Translationem esse dicit, quando Episcopus multiplici scientia instructus de sua Ecclesia in majorem Ecclesiam videntem auxilio destitutam traducitur ab Episcopis: *Metabasin*, quando vacans quis, jus Ecclesia à Gentilibus occupata, in vacantem transfertur à multis Episcopis: *Invasio* est à seipso, malis artibus.

5 Sed est verius Episcoporum Translationes & Transitiones omnes esse prohibitas, præter eas quas necessitas vel utilitas Ecclesie potius *can. mutationes. 34. cum can. scias. seq. can. tempor. is. can. in apibus. 4. 1. can. pastoralis. 42. caus. 7. qu. 1. Vid. Socrates lib. 7. histor. Eccles. cap. 4. Hist. Tripart. lib. 2. cap. 8. Theodoret. lib. 5. hist. Eccles. cap. 8.*

6 Ad quas tamen Superioris requiritur autoritas.

7 Olim Metropolitanum cum sua Synodo, id est, cum Episcoporum suorum consensu: *Cedren. in Annalib. & Balsamon d. loco res. lib. Carnot. epist. 171. & In Capitular. Caroli Magni cap. 137. lib. 1. Hinc Papæ. c. 1. cum seqq. de transl. Episcop. Accedente, sed in Gallia Regis autoritate. Rebuff. in §. 1. verb. vacantibus tit. de Regia ad Prælatum nomination. facienda in Concordat. Datis de benef. sect. 6. cap. 3. in fine. Junge quæ scripsimus In juve nostro Canonico. h. t. & Tractatu de populo Ecclesiast. eod.*

## TITULUS V.

## De Collatione Jure Ordinario.

## SUMMARI A.

1. Collatio quid. ferri Beneficia.
2. Vel est Necessaria, vel Voluntaria. 4. Voluntaria quando facta.
3. Illa quæ dicantur con- 5. In ea gratificatione.
- cus. 6. 20

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



- |                                    |                                     |
|------------------------------------|-------------------------------------|
| 6. <i>Quomodo fiat.</i>            | 14. <i>Quomodo possit duobus</i>    |
| 7. <i>Quomodo utraq.</i>           | <i>idem Beneficium confer-</i>      |
| 8. <i>Quæ, si fiant Jure Ordi-</i> | <i>re Ordinarius, modis di-</i>     |
| <i>nario, dispicienda.</i>         | <i>versis.</i>                      |
| 9. <i>Tempus: Et quale.</i>        | 15. <i>Quid si uni, eidemq. di-</i> |
| 10. <i>Vacationis modi: Et</i>     | <i>versis modis, Beneficium</i>     |
| <i>qui: Et an exprimendi.</i>      | <i>sit collatum ab uno.</i>         |
| 11. <i>Diversis modis, non</i>     | 16. <i>Quid si à diversis,</i>      |
| <i>uno, possunt conferri.</i>      | <i>duobus.</i>                      |
| 12. <i>Cur non.</i>                | 17. <i>Quid si de præventio-</i>    |
| 13. <i>Quid si factum.</i>         | <i>ne non constet.</i>              |

**S**equitur Collatio. Quæ est libera, sine ulla vi aut metu illa-  
 to; c. Abbas. c. ad aures. c. cum dilectus. de his que vi met. caus.  
 fiunt. & gratuita quædam beneficii, non electivi, concessio.  
 Fieri eam Ordinariè, vel Extraordinariè, vjdim<sup>9</sup> supr. lib. 2.  
 Vidimus itidem libro 4. quando Collatio faciendâ, quæ in ea ob-  
 servanda & præcavenda.

Collatio, secundum Interpretes, rursus, sed sensu alio, est duplex. 2

Alia Necessaria & Non-libera, alia Voluntaria & Libera.

Illâ conferri dicant Beneficia, quando qui confert, tenetur certe 3

persona, vel certo personarum generi, etiam nolens, conferre: Veluti,

1. Si mandatum habenti & acceptanti beneficium primò vaca-

tarum teneatur conferre: c. si duobus. c. si tibi. de rescript. vide Rebuff. in

concord. tit. de Mandat. Apostol. 2. Si præsentatum à Patrono Laico

vel Clerico, tenetur instituere: sine præsentatione enim conferre ne-

quit: c. illud. c. relatum. de jure patronat. can. decernimus. 16. qu. 7. 3

Quando providetur tantum à Papa in prælaturis vel beneficiis aliis, ad

Nominationem Regis vel alterius Principis pertinentibus: §. 1. de Re-

gia ad Prælatur. nominat. in Concordat. 4. Quando fit Collatio gradu-

arum vel simplicibus vel nominatis, in vim nominationum & literarum

gradus concessarum ex privilegio ab Academicis: §. quia verò. & §. ult.

[Dd] de



de collation. in Concordat. 5. Quando ratione optionis debetur a quo optanti beneficium: De qua vide quae scripsimus in Tract. de person. Eccles. lib. 3. tit. 2. de Canon. Sacularib. a num. 60. 6. Quando fit de beneficiis renuntiatis. Clem. un. de rer. permitt. c. un. eod. in 6. Clem. 2. de renunt. c. olim. §. 1. de restitu. spoliat. Vide d. Tract. lib. 1. tit. 13. §. 11.

4 Hac seu Voluntaria Collatio fit, cum qui potestatem conferendi habet, sponte cui vult, dummodo idoneo, confert. c. relectam, iuncta Gloss. de prebend.

5 Est enim in ea, pluribus existentibus idoneis, gratificationi locus §. statuimus. de Collat. in concord. Petr. Gregor. tract. de benef. cap. 33. num. 1.

6 Ea fit, vel conferentis motu proprio, vel ad supplicationem petentis. c. si motu proprio. c. si tibi absenti. de prebend. in 6. Quae Supplicatio aut verbo fit, aut scripto: verbo, ut plerumque coram Ordinario Collatore: Consequenter & eodem modo concessio seu Collatio. can. institutionis. 25. qu. 2. Scripto maxime coram Summo Pontifice. Quae fit infra.

7 Utraque Collatio vel fit iure Ordinario, de qua hoc, vel iure voluntario, de qua titulo sequente.

8 In priori dispiciemus tria. Primum: Intra quod tempus Ordinarii conferant beneficia: Alterum: Cum pluribus modis & variis conferri possint Beneficia, an hi modi possint simul jungi, & ut loquuntur, accumulari: Tertium: An eiusdem beneficii possint fieri Collationes plures; & si sive ab uno, sive a pluribus sint factae, quantum tempus valeat. Darr. de benef. sect. 6. cap. 4. vers. de Collationibus.

9 Quoad tempus attinet; Illud in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. est omnibus beneficiis definitum semestrem: c. nulla ubi Abbas. c. dilectus. de concess. prebend. c. 2. cum seq. de suppl. negl. Præter Concilio Lateranensi alio, sub Innocentio III. in Ecclesiis Cathedralibus vel Regularibus, trimestre. c. ne pro defectu. de elect. & in d. c. dilectus. ubi Gloss. Propter majus periculum quod his imminet. cum de electionibus. dist. 63. can. postquam. dist. 50. Barbosa. Jur. Eccles. univ. lib. 3. tit. 105. cum seq. vide supra lib. 4. tit. 3. ubi vide.

Utrumque definitum omnibus; præterquam Papa. Quoniam

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



Ejus negligentiam supplere nullus potest. *can. aliorum. 3. qu. 3.* ne quidem hodie in beneficiis quae vacant in Curia Romana; abrogata constitutione. *c. statutum. 3. de prebend. in 6. Datis d. loco. vers. quoad tempus.*

Vacationis Beneficiorum modi sunt varii: Enarrabimus eos infra. **10**  
 Hic dicimus in Collatione vacationis modum exprimi non esse necesse, *Gloss. in verb. faciendas. tit. de collation. in Pragm. Sanct.* Si tamen unus sit expressus, is non porrigitur ad alium. *c. susceptum. de rescript. in 6.* Confultius ergo vel exprimi omnes, vel expresso uno, apponi hanc Clausulam; *Aut alio quovis modo. tit. de causis vacat. in Pragm. Sanct. Datis d. loco. vers. an necesse.*

Quoad modos conferendi dicimus posse quidem Ordinarium **11**  
 unum & idem beneficium modis conferre diversis, sed non uno eodemque.

Non uno eodemque modo; Quia conferendo semel functus est **12**  
 officio suo, & jus alteri quasivit; quod ipsi auferre non potest: *Clem. un. de renuntiat. c. si tibi absenti. de prebend. in 6.* Si quidem ejus contulerit, digno; Sine indigno; privatur ideo iterum conferendi jure. *c. cum in cunctis. §. fin. de elect.* Nisi fecerit ignoranter: Quo casu non privatur conferendi jure, imo secunda collatio valebit, si modo post, non ante, priorem cassatam (quae aliàs valet: *c. post electionem. vers. quoniam. de concess. prebend. c. inter dilectos. de excessib. Pralator.*) seu pronuntiatam irritam, fuerit facta. *d. c. post electionem. vers. quoniam. & ibi Abbas.*

Facta eodem modo ab Ordinario collatione ejusdem beneficii duobus, uno eodemque die; si nec per Regestum Ordinarii, sive per testes, in quorum praesentia facta, aut partium confessionem, *Gloss. in c. duobus. de rescript. in 6. c. si eo tempore. de elect. in 6.* quam sit tempore prior, appareat, neutra valet, *arg. l. duo sunt. Tit. 30. ff. de testam. tur.* Et sic judicatur in Gallia. *teste Papon. Placit. Curia. lib. 2. tit. 9. refer. Datis d. loco. vers. tertium est.* Nec spectabitur quis possideat. *ut in c. si à Sede. 31. de prebend. in 6.* Loquitur enim illud in casu ubi à diversis, non ab uno, ut nos, plures collationes factae.

Potest Ordinarius, Jure diverso, sive diversis modis, idem beneficium duobus conferre: Exempli gratia: Beneficium, in mensibus

[Dd] 2 Gra

US  
 HIS  
 LESIAD



Graduatorum vacans, conferre non graduato, in Collatione Libera, tanquam Ordinarius: Postea idem conferre Graduato, ex Collatione Necessaria tanquam Concordatorum Executor: Utraque erit valida.

Hæc adeo, ut non habeat necesse graduatus recurrere ad Conferentem Superioriorem: Illa, ut petat ad ejus infirmationem, necesse habeat ab Ordinario subconferri beneficium. *Gloss. verb. eo ipso de collation. in Praga Sanct.* & valeat, si graduatus noluerit ea vice uti gradu, vel nominatio ne sua, vel fuerit factus incapax. *Gloss. d. loc. Davi. d. loco, vers. quartum.*

Idem obtinet, si Episcopus uni conferat sine Patroni presentatione, & sic ex Collatione Libera, deinde alterum ad presentationem Patroni instituat, ex Necessaria. *Gloss. & Davi. d. d. locis. d. can. de criminis. num. 10.*

15 Quod si uni eidemque à diversis idem beneficium fuerit collatum, ut in *c. post electionem. 7. de concess. prabend.* distinguendum: Aut Beneficiatus agit, aut se defendit: Priori casu alterutram collationem elegere debet, quia ut utraque collatio subsistat, impossibile. *c. ut qui dicit. 25. de elect. in 6.* Altero casu utraque collatione fulcire potest suam defensionem. *ut in d. c. post electionem. 7.* Defensionibus enim pluribus nemo utri prohibetur. *c. nullus. 20. de reg. jur. in 6.*

16 Idem verò Beneficium si à diversis, ut Episcopo, ejusque Vicario, cum conferendi potestate constituto; si, non uni, sed duobus, sic collatum, Præventioni est locus. Eaque facit, ut collatione ab uno facta, alter conferre nequeat, quia beneficium non vacat amplius. *sa. c. duo. de procurat. in 6. c. cum plures. de offic. & potest. deleg. in 6.*

17 Quod verum, quando de præventioni constat. Nam si non appareat, quæ collatio tempore sit prior, servanda erit. *d. c. si à sede. 31. de prabend. in 6. dispositio. Rebuff. tract. de pacific. possess. num. 297.*

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32

TITL  
[D]



TITULUS VI.

De Collatione Jure Devoluto.

SUMMARI A.

1. Continuatio.
2. Collationi, qua fit Jure Devoluto, quando locus.
3. Tempus illud quale.
4. Quando incipit carere.
5. Devolutio fit ipso jure, nec potest negligentia purgari.
6. Potest Superior Collationem male factam tolerare.
7. Non potest dictum tempus abbreviare.
8. Potest, nullo tempore à Jure definito, certum Inferiori praefigere.
9. Ante lapsum, temporis Superior Beneficium inutiliter conferre; nec Collatio facta postea convalescit.
10. Licet sit Ordinarius.
11. Ad quos ex Superioribus fiat Devolutio: si sit negligens jus conferendi habens Patronus.
12. Si Episcopus.
13. Si Prælati Episcopo Inferior.
14. Quid, si vacet Sedes.
15. Quid, si Collatores Regulares sint negligentes.
16. Quid, si Capitulum Ecclesie Cathedralis.
17. Quid, si ipse Episcopus: si jure proprio, si jure devoluto ad eum pertineat Collatio.
18. Quid si sit exemptus.
19. Fit devolutio gradatim.
20. Ex usu recta via ad Papam.
21. Quare.
22. De.

[Dd] 3

22. De.



- 22. Devolutioni in Beneficiis Manualibus etiam locus.
- 23. Fit Devolutio cum onere.
- 24. Causatur etiam per delictum.
- 25. Quid si Vicarius Episcopi contulerit indignum.
- 26. Beneficii Collatio accipit a tribuitur in eo.
- 27. Sed praevia investitura.
- 28. Quomodo ea fiat.
- 29. Non possessionem.

Corvini  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I  
32

**V**idendum nunc de Collatione, quae fit Jure devoluto. seu ubi qui amat Duarenus, de benefic. lib. 4. cap. 5. Caduco.

Ei est locus, cum jus conferendi Is qui habebat, amittitve propter negligentiam, non conferendo intra tempus jure statutum, c. nulla. 2. c. quia diversitatem. 5. de concess. preb. Nec ecclesia diu maneat Pastore viduata & sic dampnum patiantur: c. non pro defectu. 41. de elect. c. quam sit. 6. eod. in 6. c. dilectus. ubi Gloss. de concess. prebende. sive propter delictum, conferendo indignis, inhabilibus capacibus. c. cum in cunctis. §. fin. de elect. c. si compromissarius. eod. tit. aut contra formam c. quia propter. de elect. Obest enim hoc valde ecclesiae Dignitati. c. nihil est. 44. in princ. eod.

Tempus illud in Ecclesiis Cathedralibus & Regularibus est mensis; d. c. ne pro defectu. 41. d. c. dilectus. in ceteris, semestris. c. litteras. de suppl. negl. Pralat. c. 2. §. 5. de concess. preb. in 6.

Currere incipit à tempore notitiae vacantis beneficii. d. c. litteras. 4. d. c. quia diversitatem. 5. in fin. Ratio. Quod Devolutio ad Superiorem fiat ex causa negligentiae ejus ad quem pertinet provisio, qui non potest videri negligens, si ignoret; ut nec si fuerit inspectus propter suspensionem, etiam sua culpa causatam. d. c. quia diversitatem. 5. Quod culpa ista directe non concernat conferendi licentiam. Nisi committatur nova culpa in petenda absolute, quae imputatur negligentiae, & ad Superiorem facit devolvendam potestatem. Gloss. in d. c. quia



*c. quia diversitate. §. vers. suspensionis. Zaf. comment. ad Decretal. lib. 1. tit. 10. num. 4.*

Fit Devolutio ipso jure, *d. c. licet. & c. fin. de suppl. negl. Pralat.* 5  
nec propterea negligentia purgari potest. Est enim tempus à canone  
requiritum de forma actus.

Potest tamen Collatio malè facta per Superioris patientiam tole- 6  
rari. *c. literas. eod.* Potest etiam Is indulgere negligentì, ut conferat.  
Qui tamen tunc fungetur Superioris tantum vice. *Zaf. dd. loc. num. 5.*  
*in fin.*

Nec potest Superior dictum tempus coarctare aut abbreviare. *c. 7*  
*indultum. de reg. jur. in 6.* Cum juri publico nemo deroget, nisi qui po-  
tuit.

Potest Inferiori certum tempus præfigere, cum nullum jure defi- 8  
nitum. Quia tum non aufert Jus competens, & prodest Ecclesie, cui  
citius providetur. *Zaf. d. loc. num. 8.*

Ante ergo illud tempus elapsum, Jure Devoluto nullum benefi- 9  
cium Superior conferre potest. Quia nullam antea conferendi pote-  
statem habet; adeo ut non convalescat Collatio postquam Devolutio  
evenerit, sed nova sit opus. *Dd. in c. 2. de præbend. in 6. Boer. decis. 70.*  
*Felin. in c. cum ex officii. num. 37. de præscript. Rebuff. in praxi benefic.*  
*tit. de devolut. num. 32. Barbof. de Jure Eccles. Univ. lib. 3. cap. 13. n. 118.*

Etiamsi Is qui Jure Devoluto à seputato contulit; habeat pote- 10  
statem conferendi jure Ordinario: Quod enim potuit, noluit; quod  
voluit, adimplere nequivit. *c. cum super. de offic. deleg. l. multum. interest.*  
*6. vers. si verò. Cod. si quis alteri vel sibi. Rebuff. d. loco, num. 52.*

Explicandum nunc, ad quem *Ex Superioribus*, & quomodo, & num  
interdum, *ad Inferiores*, fiat Devolutio propter Ordinarii negligentiam.

In Ecclesiis Patronatis, Patrono ad Beneficium Ecclesiasticum, in 11  
tra tempus ipsi ad præsentandum definitum; puta si Laicus quadrime-  
stre, *c. quoniam in quibusdam. 3. in fin. c. cum largiter. 27. de jure patron.*  
*c. un. eod. in 6.* si Clericus semestre, *d. c. eam te decet. 22. eod. d. c. un.* à  
tempore scientiæ numerandum, *d. c. un.* præsentare negligente, tunc  
Jus conferendi, ad Jus instituendi habentem devolvitur, tanquam ad  
proximum hujus negotii Superiorem. *d. c. cum propter. d. quoniam in*  
*quibus*



quibusdam. d. c. eam te decet. 22. Cardin. in Clem. un. num. 5. & 9. de suppl. negl. Prælat. Panorm. & alii in c. 2. de concess. præbend. Rebuff. d. tit. num. 54. Rochus de Jure patronat. verb. honorificum.

12 Ergo si sit alius quam Episcopus Diocesanus, qui Institutionis habet, ad illum, non ad Episcopum fiet Devolutio. Gloss. in d. Clem. un. verb. dispositionem. & ibi Imola num. 33. Cardin. num. 5. Rebuff. d. tit. num. 26. Dartis d. loco, vers. posterior.

13 Præfato Episcopo inferiore, & jus beneficia Ecclesiastica conferendi habente, ea conferre negligente, conferendi potestas devolvitur ad loci, in quo beneficium vacat, Episcopum, tanquam ad proximum Superiorem. d. c. 2. de concess. præbend. d. Clem. un. Rebuff. d. tit. num. 5. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 26. num. 5.

14 Non ad Episcopum Sede vacante; d. c. un. Ne Sede vacante. Abbas in c. cum olim. sub num. 2. col. 2. de major. & obed. Joan. Monachus in c. quanquam. 18. de elect. in 6. Diss. Abb. sibi contrar. in num. 3. Non vacante. Joan. Andr. in d. c. quanquam. Petr. Gregor. in synagm. jur. can. lib. 17. cap. 9. num. 38.

15 Collatorum etiam Regularium potestas ex negligentia in conferendis beneficiis devolvitur ad Episcopum loci, tanquam Ordinarius, si quidem Illi non sint exempti: Sin exempti, ad Papam: c. sicut. d. de suppl. negl. Prælat. aut Episcopum tanquam hujus Delegatum. Clem. un. Rebuff. d. tit. num. 37. & 39. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 5. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficia. vers. ad tertium.

16 Capitulo Cathedralis Ecclesie, in conferendis beneficiis ad hanc collationem separatim ab Episcopo pertinentibus, negligente, ad Episcopum tanquam immediatum Superiorem fit devolutio. d. c. 2. de concess. præb. ubi Abb. num. 6. Gloss. in c. irrefragabili. Ext. de off. Ord. cap. Capitulum. Rebuff. d. tit. num. 21. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 40. Licit Episcopus collationi interesse, non ut Prælati, sed Canonici, debet. c. pen. de concess. præb. Rota decis. 1. de suppl. negl. g. in nova. Barbo. d. lib. 3. cap. 13. num. 110.

Si verò Collatio ad Capitulum & Episcopum simul spectet, tunc ex negligentia non fiat devolutio ad Episcopum, sed Archiepiscopum.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



pam, tanquam ad proximum Superiorem. *d. c. pen. Barbof. d. loc. & num. Dartis d. loco, vers. sciendum in fin.*

Episcopo autem negligente conferre beneficia ad suam collationem separatum à Capitulo proprio jure spectantia, tunc Devolutio fit ad ipsum Capitulum: *d. c. 2. de concess. prebend. & sic ad Inferiorem. Quia sic jure expressum. vide & can. ult. vers. quod si. dist. 65. & can. 2. vers. si vero. dist. 89. can. cum sumus. 9. qu. 3.*

Si jure devoluto; tunc negligente Episcopo, hæc Collatio devolvitur ad Superiorem. *Abb. in d. c. 2. num. 6. & 8. Felin. in d. irrefragabili. num. 3. Franck. in d. c. un. §. cum vero. num. 3. & 4. Ne Sede vacant. in 6. Rebuff. d. tit. à num. 21.*

Ubi verò Episcopus fuerit exemptus & Romano Pontifici immediate subjectus, tunc illo negligente potestas conferendi devolvitur ad solum Pontificem. *Abb. in d. c. 2. num. 7. & 8. Rebuff. d. tit. num. 36. & in Concord. tit. de collation. §. si quis vero. in Gloss. verb. ad alium. vers. in exemptis. Barbof. d. loc. num. 112. & seq.*

Fit Devolutio hæc quæ cadit propter Ordinarii negligentiam, gradatim; *d. c. licet. d. c. 2. ubi Dd. Corras. de benef. 1. part. cap. 7. num. 8. & 4. part. cap. 1. num. 11. Garcias de Benef. pars. 10. cap. 3. num. 1. veluti; ab Episcopo ad Metropolitanum, donec ad Romanum Pontificem perventum sit. d. c. quanquam. 18. de elect. in 6. Rebuff. d. tit. num. 7.*

Quod & obtinet in Devolutione, quæ fit propter recusationem Ordinarii; veluti si is noluerit ad requisitionem Graduati ei conferre Beneficium quod vacat in mensibus affectis Graduatis. *§. si quis vero. tit. de Collation. in Concordat. Gall. Dartis d. loco, vers. ad quem.*

Verum non omnino gradatim fieri Devolutionem hodiernus probat usus; quo non à Metropolitano ad Patriarcham vel Primatem fit Devolutio, ut jure fieri debet, si fiat gradatim; sed recta via ad Papam. *d. c. licet. Petr. Greg. d. loc. num. 38. Excepto Patriarcha seu Primate Lugdunensi, ad quem & fit Devolutio, ex consuetudine Regni Galliarum, ab Archiepiscopis. Rebuff. d. tit. num. 24. Petr. Gregor. d. loc. num. 38. Dartis d. loc. vers. Excipatur.*

Potest etiam Papa in beneficiis inferiorum conferendis uti non solum jure devolutionis, sed etiam jure præventionis. *c. nudum. 14. de prebend.*

[Ec]

prebend.

US  
his  
desinat



prabend. in 6. vel jure concursus. d. c. quia diversitatem. vers. nisi de  
cess. prabend. & c. si eo tempore. de elect. in 6. Rebuff. d. tit. num. 45. cum  
seqq. Petr. Gregor. d. loco, num. 23. Barbof. d. loc. num. 116.

22 In Beneficiis Manualibus Devolutioni etiam ad Superiorem  
locus, ut ille Inferioris suppleat negligentiam; Clem. un. & ibi Gregor.  
promissa. verb. revocari. de suppl. negl. Pralat. & ibi Cardin. num. 4. &  
Bonifac. num. 8. Qui tamen re integra potest purgare moram & cum  
cum sint ad Ejus nutum amovibilia, providere. Garc. d. loc. num. 47.

23 Fit omnis Devolutio ex negligentia perveniens cum onere & qua  
litate in prima provisione requisitis. Felin. in c. cum accessisset  
constit. num. 18. Rochus d. verb. honorificum. qu. 3. Rebuff. d. tit. num. 40.  
cum seqq. Corraf. d. 4. parte, cap. 4. num. 16. Garc. d. loc. num. 42.

24 Ut devolutio causatur per negligentiam; sic & per Dilectio  
puta cum ii, ad quos spectat, provident indignis, seu inhabilibus, &  
capacibus: c. cum in cunctis. §. fin. ubi Dd. de elect. c. si compromissum  
eod. in 6. Zechus de benefic. part. 10. cap. 3. num. 2. vel non servavimus  
formam. cap. quia propter. de elect. Sed distinguendum; An omnes  
peccaverint, an vero eorum tantum pars. Priore casu in Ecclesiis Ca  
thedralibus hodie fit Devolutio ad Papam, non ad proximum Superi  
orem; c. quanquam. de elect. in 6. abrogato jure d. c. cum in cunctis  
fin. In Inferioribus autem obtinet dist. c. cum in cunctis. d. c. quamquam  
Posteriore casu jus providendi manet penes eos, qui non peccaverunt  
gratum. de pestil. Pralat. Dantis d. loco, vers. Et hac dicta. Petr. Gregor.  
loc. num. 41.

25 Vicarius Episcopi si contulit indigno, non fit Devolutio, nec Ep  
scopus conferendi potestate privatur, nisi collationem habeat rati  
Rebuff. d. praxi. tit. forma vicariatus. num. 140. Sbroz. de offic. Vicari.  
lib. 3. qu. 37. Barbofa d. loco, num. 114.

Cum si conferre neglexerit, fiat devolutio ad Archiepiscopum  
non Episcopum; ne ea ab eodem ad eundem fiat. contr. c. 2. de conc.  
prab. in 6. Petr. Gregor. d. loco, & num. Rebuff. tract. nomination. qu. 1  
14. num. 63. Dantis d. loco, vers. posterior.

26 Postremo sciendum Beneficii Collationem, sed acceptam per  
se vel per alium nomine Beneficiati, jus in eo tribuere, etiam ante pos  
scilicet.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I

32



sessionem adeptam. *c. fin. de concess. præb. in 6. c. si tibi absent. ubi Gloss. Domin. num. 2. Franch. num. 3. de præbend. in 6. Rebuff. in prax. super Reg. de non tollendo jure quæsito. Gloss. 6. num. 38. Covarruv. lib. 3. variar. cap. 16. num. 3. 4. & 5. Dyn. in reg. beneficium. de reg. jur. in 6. num. 11. & 12.*

Investitura tamen necessaria; uti argumentum concessionis & 27 collationis factæ. *Dartis d. loc. vers. fin.*

Fit jure communi ab Archidiacono, verbali collatione per annu- 28  
li, virgæ, calami, pallii, aut cujusvis rei alterius traditionem. *c. adhæc. c. ut nostrum. de offic. Archid. ex eo. de his que fiunt à Prælat. sine conf. Capit.*

Non tribuit possessionem; proinde Judicis missionem in posses- 29  
sionem beneficii esse necessariam *can. 1. visis. 16. qu. 2.* hoc est, titulum habentem mitti debere per aliquem in beneficii possessionem; aliquin haberi intrusum; quia auctoritate propria beneficii possessionem est ingressus; *per c. ad aures. 3. de excessib. Prælat. c. pastoralis. 19. de privileg. Dartis d. loco, vers. fin. in fin. volunt. Dynast. d. loco, num. 25. Archidiaconus in c. eum qui. de præbend. in 6. & ibi Lupus, Paulus & Ancharan. Idem in c. sine possessione. 3. de reg. Jur. in 6. Cosmas in pragmat. Sanct. tit. de pacif. possessor. in princ. verb. non violentus. Rebuff. in praxi in forma novæ provisionis. verb. per se, vel per alium. Corraf. d. part. 4. cap. 1. à num. 15. & alii: Quorum sententiam æquitati esse consentaneam dicit Covarruvias. *variar. resolut. lib. 3. cap. 16. num. 8.* Licet investituram seu titulum Canonicum habentem, propria auctoritate vacantem beneficii possessionem apprehendere possit Ipse *d. loc. num. 7.* sentiat, cum aliis; *ut Ripa in c. cum M. 9. de constitut. Roch. de jure patronat. verb. Jus quæst. 5. num. 9. Rebuff. in praxi. tit. de remission. in possessionem. num. 5. & de pacific. possessoribus. art. 290. & 294. Rosniac. de benef. cap. 23. Pontano de spolio. lib. 1. & 2. Puteo decif. 402. lib. 1. Garcia de benef. part. 4. cap. 2. num. 6. cum seqq.**



## TITULUS VII.

## De Præsentatione.

## SUMMARI A.

1. Præsentatio, per quam acquiruntur etiam Beneficia patronata, præcedit Institutionem.
2. Præsentat Patronus in possessione, etiam quasi existens.
3. Acquiritur ea & per præsentationem unicam.
4. Quæ tamen requirantur.
5. An transeat ad heredes.
6. Quid si plures sint Patroni.
7. Quid si moriatur Patronus.
8. Eius heredes, si plures, alterius vicibus præsentant.
9. Quid si dissentiant.
10. Qualiter major pars hic intelligenda.
11. Ad præsentandi actum quando convocandi Patroni omnes.
12. Qualem debeat præsentare Patronus.
13. An possit seipsum.
14. An eum Is cui præsentandi jus cessit.
15. Unus ex patronis potest præsentare alium.
16. Et Episcopus confirmat Patrono: & quando & quare.
17. Patronus rectè præsentat filium, &c.
18. Etiam per procuratorem.
19. Qui seipsum non rectè præsentat.
20. Intra quod tempus facienda præsentatio.

Corvin  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



- 21. Præsentationis Patroni Clerici, & Laici quis effectus.
- 22. Quid si Patronorum unus sit Clericus, alter Laicus.
- 23. An Laico tum liceat variare.
- 24. Quoties.
- 25. Quando præsentatum instituet Ordinarius.
- 26. Quid, si Institutio ante facta.
- 27. Præsentatio qua Simoniaci.
- 28. Quæ non.
- 29. An ante vacationem Ecclesia præsentare potest Patronus.

**A**cquiruntur etiam Beneficia, sed patronata, mediante præsentatione Patroni. Ea enim Institutionem præcedere debet. Præsentare debet Patronus, sive verus, sive putativus, non alius qui caret possessione, licet in proprietate jus habeat. c. consultationibus. 19. de jure patron. Rochus de jure Patron. verb. competens. qu. 19. num. 39. cum seqq.

Præsentat enim validè qui est in quasi possessione juris patronatus seu præsentandi. in d. c. consultationibus. Gloss. 1. Innoc. Butr. num. 1. Ancharan. num. 4. & 5. Rochus d. verb. competens. qu. 14. num. 28. & qu. 22. num. 44. Ricc. tract. de noviss. jur. patronat. probat. resol. 84. Mascard. de probat. concl. 173.

Acquiritur illa possessio etiam per unicam præsentationem, si eam secuta Institutio. Barbof. in collect. ad d. c. consultationibus. num. 6. Ricc. d. tract. resol. 229. 216. Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 12.

Ad eam acquirendum requiruntur quinque: 1. Ut qui præsentare vult, præsentaverit bona fide. 2. Admissa fuerit præsentatio: 3. Institutus fuerit admissus. 4. Præsentans crediderit uti jure suo. 5. Ille, in cujus præjudicium quaritur possessio, hoc sciat & patiat. Calderin. conf. 12. de jure patron. Roch. d. verb. competens. qu. 14. Lambert. tract. de jur. patron. lib. 2. part. 1. qu. 3. art. 10. Ricc. resol. 214.



5 Dicta quasi possessio presentandi sine nova apprehensione in heredes presentantium non transit. *l. cum heredes. 23. ubi Dd. ff. de acqui. vel amitt. possess. Riccius d. tract. resol. 226. Caputaq. decis. 135. & 400 part. 2. Nogueral. tom. 1. alleg. 28. num. 64. Barbof. d. loc. num. 190.*

6 Patroni plures, vel possunt singuli alternis vicibus presentare, vel omnes simul in presentatione concurrere, prout conyenerit inter eos *c. 1. 2. 3. eod. Clem. plures. eod. & si fuerint in presentando discordes, majoris partis sententia preferetur. c. quoniam. 3. eod. Nisi ea elegit indignum. Abb. in d. c. quoniam. Ricc. d. tract. resol. 173. Rota decis. 54. num. 2. & 3. part. 1.*

7 Mortuo Patrono jus patronatus transit ad heredes, *d. c. quoniam. 3. & si plures unius Patroni sint heredes, habentur in presentatione pro uno. d. Clem. plures. 2. Nec enim jus illud, inter eos potest dividi. c. eod. ubi rationem dat Canisius in com. ad Decretal. num. 7. Covarr. de riar. resol. lib. 3. cap. 19. num. 5. in princ.*

8 Possunt ad evitandum dissidium conyenire inter sese ut alternis vicibus presentent. *d. c. 1. d. Clem. plures. & ibi Panorm. Canf. d. loc. num. 8.*

9 Si non convenerint, & aequaliter inter sese dissentiant sequenda constitutiones *c. 1. & 2. eod. Sin inaequaliter; ut quia, exempli gratia, ex tribus Patronis unus certum presentet Clericum, reliqui duo alium hic in instituendo preferri debet, propter patronorum numerum, modo mereatur. d. c. quoniam. 3. eod. Etenim id ubique ferè est receptum, ut si actus aliquis explicandus sit à pluribus, semper inspiciamus & sequamur partem majorem. *per l. item si unus. 17. §. 6. ff. de arbit. Sic videre est in electione, aliisque negotiis, quae in Collegio expediuntur. c. quia propter. 42. §. 1. de elect. c. 1. c. fia. §. 1. de his quae sunt à Pralat. ne conf. Capit. item in pluribus Judicibus, l. duo ex tribus. 39. ff. de ver. sig. in arbitris. d. l. item si unus. 17. §. 2. & similibus casibus. Canisius d. loco, num. 9. vide & Felin. in c. cum omnes. 16. num. 15. de constitut.**

10 Diximus presentatum à majori patronorum parte preferri, & sic institui debere, sed dubium est, qualiter major pars sit intelligenda, utrum respectu habito ad patronos omnes, an verò habita ratione ad majorem partem; verbi gratia; *Quatuor sunt patroni, quorum unus presentat*

CORVINI  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G I V

32



præsentant unum, tertius alium, quartus alium: præsentatus à duobus non habet omnium patronorum majorem partem, sed habet majorem partem respectu aliorum duorum singulos præsentantium. Distinguit, ex *Joan. Andree sententia*, Panormitanus ad d. c. *quoniam*. 3. num. 13. Aut præsentatio fit à pluribus, ut à Collegio; Aut tanquam singularibus, ut solet communiter fieri à Patronis Laicis; Illo casu requiritur major pars respectu collegii. c. *Ecclesia vestra*. 48. §. 1. de elect. c. ea noscitur. 6. de his que fiunt à Prælat. Hoc sufficit major pars respectu aliarum partium. Adde *Roch. ad rubr. de jure patron. in verb. Hominum*. num. 51.

Sic ad præsentandi actum convenire debent Patroni omnes, & 11 sunt convocandi omnes, si ad eos præsentandi potestas spectet tanquam ad Collegium, sive universitatem aliam; c. *quia propter*. 42. §. 1. de elect. alioqui per absentes rescindi possit præsentatio. c. *quod sicut*. 28. §. 1. c. *bonæ memoriæ*. 36. in fin. eod. Sin. verò ad plures, tanquam ad personas singulares pertineat, absque convocatione quilibet patronus, singulariter præsentare potest. *v. g. l. perfundum*. 11. ff. de servit. præd. rustic. Cum non tantum præsentent, sed & ignorantes, atque absentes negligi possint. d. c. *quoniam*. 3. *Carissus*. d. loc. num. 11.

Cæterum quod diximus, præsentatum à majore parte Patronorum præferendum esse & instituendum, verum; si non timeatur scandalum; & facta fuerit præsentatio intra tempus legitimum; Aliàs ea devolvitur ad Ordinarium. d. c. *quoniam*. ut admonuimus titulo præcedenti.

Debent Patroni præsentare idoneum Clericum, præsentem, non 12 absentem, *Gloss. in Clem. dudum. in verbo presentari. de sepultur.* Nisi fortè, Episcopo absentis Clerici qualitas esset perspecta & cognita: Nam casu eo, ut beneficium conferri potest absenti, c. *si tibi absenti. de præbend. in 6.* sic de tali fieri præsentatio.

Non tamen potest Patronus, quamvis Clericus, idoneus, bene 13 meritis, præsentare seipsum. c. *per nostras*. 26. de jure patronat. *Lambertin. de jure patron. lib. 2. part. 1. qu. 8. art. 1. num. 6.* qualecunque sit beneficium. *Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 17.* *Barbosa d. loc. num. 194.* Cum quia hoc esset ambitiosum; d. c. *per nostras*. tum quia præsentatio spectet ad beneficium, quod non nisi inter duos habet locum: c. *fin.*



*c. fin. de instit. ubi inter dantem & accipientem distinctio esse debet*  
*Roch. d. verb. honorificum. num. 20. Molin. xus ad consuet. Paris. §. 20*  
*olim. 15. Gloss. 1. num. 68. Zaf. comm. ad Decret. lib. 3. tit. 38. num. 33*

14 Is tamen, cui Patronus presentandi jus cessit, eum presentare potest; modo cesserit, non pro ea vice, (Nam tum videtur seipsum presentare, cum per alium faciens ipse facere videatur: *l. 1. §. de per. §. de vi & vi arm. l. 6. §. 1. ff. quam cuiusq. univers.* ut procedat decisio *d. c. per nostras. 26. de jure patron.*) sed in perpetuum; cum tum non possit dici seipsum presentare, nec agere per alium, quippe omni iuratus. *Abb. in c. ex insinuatione. 14. in fin. eod. Speculat. de jure patron. num. 17.*

15 Nihil tamen implicat, unum ex Patronis ab aliis presentari. *Gloss. in c. consuluit. 15. verbo concedant. eod. arg. c. cum in jure. 33. de elect.*

16 Ut & potest Episcopus ipsi Patrono, si consentiat, consentire. *Lambertin. de jure patron. part. 1. lib. 2. qu. 8. art. 3. & 4. Zavela in jure Episc. part. 1. verb. Jus patronatus. §. 21.* Cessat enim ratio superius quod non tam ipse agat, aut sibi beneficium det, quam patiatur per alium in se statui. *l. ubi absunt. 19. in pr. ff. de tutor. & curat. dat.* Nec adveniat, quod sine presentatione non valeat institutio; nam hoc verum est, patrono invito, ne ei fiat injuria, sic autem est volens. *Zaf. d. loc. num. 14. in fin.*

Unde recte dicitur, Patronum unum presentationi sui per alios Com-Patronos in casu ambiguo consentiendo, augere numerum, & Jus sibi firmare. 1. Quia sic in electione responsum. *arg. d. c. cum in jure. 33. de elect.* 2. Quia viderur tantum presentationi de se facta consentire. Quod non prohibetur. *Abbas in d. c. per nostras. 26. in fine. Rochus d. verb. Honorificum. qu. 4. princ. num. 20. Lambertin. de jure patron. lib. 2. part. 1. qu. 8. art. 5. Ricc. d. praxi resolut. 129. Wamf. l. c. 477. num. 7.*

17 Filium suum quin patronus recte presentet, non est dubium, & patrem, & nepotem, cum sit alia persona. *Gloss. in d. c. consuluit. 14. Zaf. d. loc. num. 35. vers. filium.* Nec debeat esse deterioris conditionis quam reliqui omnes extranei, qui per patronum parentem presentari possunt.

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V  
32



possunt. *Gloss. d. loc. Lambert. lib. 2. part. 1. qu. 8. art. 12. Tyraquel. de ju-  
re primogen. qu. 33. num. 1.*

Præsentare potest patronus non solum per semetipsum, sed & per  
procuratorem; speciale mandatum habentem, licet in genere; *Ro-  
chus d. verb. honorificum. num. 23. & 24. Felin. in c. cum venerabilis. sup.  
de except. Imò & per literas. Gloss. in can. non debet. dist. 65. juxta. l. ff.  
procuratorem. 65. cum seq. ff. de procurat. Roch. d. loco, num. 27. per Abb.  
Imol. & alios. in c. ea noscitur. de his que fiunt à Præl. sine cons. Capit. Petr.  
Greg. Syntagm. jur. univ. lib. 17. cap. 4. num. 10.*

Qui procurator se ipsum præsentare non potest: *Gonzalez. ad reg. 19  
& Cancell. Gloss. 2. num. 57. cum seq. ut nec patronum constituentem.  
Flamin. Paris. de resignat. lib. 9. qu. 7. num. 113. Ciartin. controv. forens.  
cap. 59. num. 11.*

Facienda præsentatio intra tempus statutum; Quod Clerico pa-  
trono est sex mensium, Laico quatuor. Differentiæ ratio est; Cum  
quod illum variare non deceat, utpote cui Clericorum mores debent  
esse noti; tum ut facilius Ecclesiæ præponat ministrum dignum; Lai-  
co variare non est turpe, cum non norit ita Clericorum qualitates; cui  
ideo & minus tempus præfixum, intra quod post unum & alios rectè præ-  
sentat. *c. 1. §. fin. de jure patron. in 6.*

Quæ variatio non ita est accipienda, quasi per sequentem præsen-  
tationem extinguatur prior, sed quod altera ei accedat, & Episcopo sit  
integrum eligere alterum. Est enim gratificationi locus. *c. cum autem  
Advocatus. 24. eod. Azor. Inst. Moral. par. 2. cap. 21. qu. 13.*

Præsentato à Patrono Clerico statim quaeritur Jus ad Institutio-  
nem, *d. c. cum autem Advocatus. 24.* quia non licet Patrono isti varia-  
re: Non præsentato à Patrono Laico, cui hoc licet: Qua tamen in re  
si Episcopus rejecerit primum malitiosè, & alterum postea nominatum  
instituerit, illi de beneficio providere tenetur. *c. pastoralis. 29. eod.*

Si Patronorum alter sit Laicus, alter Clericus, videntur Laico con-  
cedi ad præsentandum sex menses: tum quia magis dignum trahit ad se  
minus dignum; tum quod in una eademque re sit servanda paritas. Et  
sic consequitur Laicus per Clericum, quod per se non habet. *Gloss. fin.  
in c. un. eod. in 6. Abb. ad c. cum propter. 17. in fin. eod.*

[Ff]

Scd



23 Sed an Laico isto casu cum effectu variare liceat; quo ipse unum Ecclesiasticus Patronus alterum presentavit, & videtur dicendum, quod sic, cum nullibi pateat hoc ipsi denegatum, & nullus sit propter adjectionem alterius privandus jure suo. *Zaf. d. loc. num. 47.*

Licet variare ei, sed sine effectu, casu quo uni ab utroque presentato ipse varians postea addit alterum; Est enim prior, quia duas habet voces, potior. *c. Joan. Andr. in c. in re communi. 61. de reg. jur. in 6. Abb. in d. c. cum autem Advocatus. 24. num. 4.*

24 Alias variare licet Laico Patrono, quoties voluerit. *Clem. 2. ubi Gloss. verb. plures. de jure patron. Rochus d. verb. honorificum. num. 31. Azor. d. cap. 21. qu. 13. vers. si queras. Garc. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 214. cum seq.* Nisi se non presentaturum alium juraverit. Talis enim non est à Superiore audiendus, ne participet in crimine. *fac. c. maliti. de jurejur. Paul. conf. 57. incip. Venerabilis vir. in 2. col. all. Joan. Andr. in c. quod semel placuit. de reg. jur. in 6. Rochus d. loc. num. 37.*

25 Presentatum non instituet Ordinarius, nisi post lapsum temporis ad presentandum dati. Cum enim hoc in commodum Patroni introductum, ipsi non est auferendum.

26 Unde institutio ante illud, Patrono spreto, & contradicente facta, est ipsa jure nulla. *c. decernimus. 16. qu. 7. Abb. in c. Bertholdus de judic. num. 13. & ibi Felin. à num. 8. Rochus d. loco, num. 2. Cardan. Clem. 1. de suppl. negl. Pralat. Rebuff. in praxi. 3. parte signaturæ. nec nec non juris patron. num. 52. & de nominat. qu. 17. num. 31. Garc. d. cap. 1. num. 231. cum seqq.*

27 Non potest Patronus aliud temporale à presentato exigere, quam in ipsa fundatione est impositum. *c. sicut. de suppl. negl. Pralat. c. presentatio. ea. 23. de jure patron. Simoniaca enim dicitur presentatio, cum pro aliquid datur aut promittitur. c. veniens. il. 6. ubi Abb. & Dec. in 2. not. de testib. Roch. d. tract. verb. & utile. num. 9.* Quamvis id si in ipso presentato ignorante. *c. pen. de elect. c. nobis. de Simonia. Rota decif. 287. num. 3. part. 1. diversor. Barbos. d. lib. & cap. num. 201. cum seq.*

28 Non erit talis presentatio facta sub conditione seu onere celebrandi Missas, Nisi illud onus spectet ad ipsum presentantem, cum tale pactum relevetur ab onere. *Garc. d. loco, num. 203.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V  
32



Patronus antequam vacet Ecclesia, nec presentationem promittit, nec ante id tempus presentandi potestatem concedere potest. c. fia. de concess. prab. Cassad. decif. 5. de jure patron. Garc. de benefic. part. 10. cap. 1. à num. 4. Barbof. d. loc. num. 205.

TITULUS IIX.

De Institutione.

SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Presentatum instituere teneatur Episcopus.</i>               | 11. <i>An sufficiat derogatio generalis.</i>                              |
| 2. <i>Institutio quid.</i>   | 12. <i>Sufficit in Patronatu Ecclesiastico.</i>                           |
| 3. <i>Necessaria. Cur?</i>   | 13. <i>Non Mixto.</i>   |
| 4. <i>Ad quem pertineat.</i>                                       | 14. <i>Dicta quomodo limitanda.</i>                                       |
| 5. <i>Qui possint institui.</i>                                    | 15. <i>Nuntius Apostolicus cui Patrono presentando possit praevenire.</i> |
| 6. <i>An Laici.</i>  | 16. <i>An ulli Episcopus &amp; quid tum.</i>                              |
| 7. <i>Quid, si institutio facta ab alio quam Episcopo.</i>         | 17. <i>Effectus Institutionis.</i>  |
| 8. <i>Quid, si jus Patronatus sit impeditum; per negligentiam.</i> | 18. <i>An ad instituendum ullum tempus Ordinariis constitutum?</i>        |
| 9. <i>Per Papa derogationem.</i>                                   |   |
| 10. <i>Ut derogetur Juri Patronatus Laici qua requirantur.</i>     |   |



**1** **P**raesentatum à Patrono tenetur Episcopus instituere; alioquin ad Superiorem habebitur recursus. *c. significasti. 1. de jure patron.*

**2** Est *Institutio* hic beneficii juri patronatus subiecti, ad praesentationem Patroni, facta translatio.

**3** Est necessària, quia Praesentatio nullum jus tribuit praesentanti in Ecclesia patronata, cum in ea nullum Jus habeat Patronus, *can. 1. rit. 10. qu. 1. c. praterea. 23. c. quod autem. 5. in fin. c. quereimoniam. 3. cum Laici. 10. c. consuluit. 15. eod. etiam Ecclesiasticus. can. 1. cap. 1. qu. 1. c. sicut. 2. de suppl. neglig. Pralat.*

**4** Pertinet regulariter ad Episcopum Ordinarium. *d. can. 1. c. in frequentibus. 3. de institut. c. 1. eod. in 6. c. cum satis. de offic. Archiep. Sede vacante, Capitulum, d. c. 1. Quarantà in Sum. Bullarum, verb. Capitulum Sede vacante. vers. que conclusio. Garc. de benef. d. par. 5. cap. 5. num. 54. Episcopi Vicarium etiam absque speciali facultate: *d. c. ex frequentibus. 3. c. conquereute. 16. ff. de offic. Ord. Imò & alios Praetores inferiores, omnesque illud Jus ex privilegio, seu praescriptione immemorabili aut consuetudine praescripto legitime, habentes. Hostiensis, in summa. §. quis possit. de institut. Barbosa lib. 3. Juris Ecclesiast. Unico. cap. 1. num. 211.**

**5** Institui possunt persona idonea, nobiles, ignobiles; nulla contraria obstante consuetudine. *c. venerabilis. 37. de praebend. Ne recte undecunque originem duxerint; quia in omni genere qui facit institutum, acceptus est Deo. c. ad decorem. 5. hoc tit. Etrò generis aut stirpis claritas, sed virtutis nobilitas vitæque honestas Deo gratum & idoneum ministerium facit. c. pen. de praebend. can. nos qui. dist. 40. Philo de Nobilitate dicit: *Et pndev r' C'p'p'evan à'p'el'ev' C'os à'vaz'ions C'p'p'el'ev'as, id est, Nobilitatem nihil prodesse indignis nobilitate, &c.**

**6** Laici tamen non possunt institui in Canonicos, *c. in Ecclesia. 2. de elec. sam. 7. de praescript. c. Massam. 56. de elect.* Nam licet Laici possint praebendari, non tamen potest canonicari. Praebenda enim quid est temporale, quia consistit in perceptione fructuum. Jus verò Canonice

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. I.  
32



consistit in spiritualitate. *Butrio ad d.c. in Ecclesia. & ibi Abb. num. 4.*  
 Institutio ab alio quam Episcopo, vel ejus Officiali, *d.c. ex fre-* 7  
*quentibus. 4.* seu, ut dicit *Gloss. ibid.* eo qui ejus vices sustinet, *fac. d.*  
*c. conquente. 16.* facta, & presentatio alteri facta, est ipso jure nulla  
 & invalida, *c. illud. c. relatum. de jure patron.* nisi, ut precedenti titulo  
 diximus, antiqua fundatio id alteri quam Episcopo reservasset: Ita &  
 Institutio ab ipso Patrono propria auctoritate facta est irrita. *d.c. illud.*  
 Sic ut & illa quam Episcopus absque Patroni presentatione fecerit. *d.c.*  
*decernimus. de judic.*

Sed hæc ita procedunt, quatenus Jus Patronatus est saluum, aut 8  
 non impeditum. *Zaf. in comm. ad Decret. ad tit. de jure patron. num. 56.*  
 Impeditur duobus modis; 1. Per negligentiam eorum, quibus  
 competit; 2. Per derogationem Papæ.

Per negligentiam; si vel intra tempus præscriptum non presenta-  
 verint; *c. 2. de suppl. negl. Prælat. c. quoniam. 3. §. fin. & c. si verò. de ju-*  
*re patron. c. eam te eo. §. fin. eod. in 6.* vel per discordiam elabi illud passim  
 fuerint. *d.c. quoniam. 3.* Vel Patroni Ecclesiastici, (non si Laici, *c.*  
*cum autem Advocatus. eod.*) præsentaverint indignum: *c. cum autem. eod.*  
 variare enim hi non possunt. *vid. Barbof. d. loc. à num. 171.*

Per derogationem Pontificis; Is enim præveniendò presentatio- 9  
 nem, Ecclesiæ providet de ministro. Idque ei licitum, non tantum  
 quoad Patronatum Ecclesiasticum, propter plenitudinem potestatis,  
 quam habet in beneficia Ecclesiastica; sed & Laicum, *Gloss. in Clem. 2.*  
*de præbend. verb. Apostolicis.* Cum & hoc sit dependens à spiritualibus.  
 Quo facit ratio, quod ex Ecclesiæ tolerantia hoc jus competat Laicis. *c.*  
*quoniam. 3. in pr. de jure patron.* ut, si videatur expedire, gratiam revo-  
 care possit Pontifex, & Patroni presentatione non expectata, provide-  
 re Ecclesiæ: Præcipue cum non privativè, id jus sit concessum Laicis,  
 sed cumulativè, concedendo quidem aliis eam potestatem, sibi tamen  
 non auferendo.

Sed ad derogandum Juri Patronatus Laico, necesse exprimi in li- 10  
 teris Clausulam aliquam derogatoriam: *Licet Beneficia Patronata sint;*  
*Gloss. in d. Clem. verb. Apostolicis.* Et hoc, ne Laicorum juri contrave-  
 niendo, facilè avertantur ipsi à benefaciendo Ecclesiæ; qui metus non

US  
 115  
 lesiada



est in Clericis, *Covarruv. var. pract. Quest. cap. 36. num. 1.* Unde ordinariè non solent Pontifices beneficia, quæ sunt Juris Patronatus Laici conferre. *Abbas in c. cum dilectus. de jure patron.*

11 Nec hic sufficit derogatio Generalis; Cum quæ sunt, exprime da specialiter, dici non possint contenta esse sub clausula generali. *ubi Gloss. fin. de prebend. in 6.* Ut non sufficiat literis esse expressum. *Etiamsi ad alicujus presentationem seu collationem pertineat;* Est enim verborum clausula generalis. *Joan. Andr. in c. dilectus. 6. de offic. Legat. Covarruvias d. loc. vult,* Ne quidem censei per clausulam specialem derogatum si ad Regem, Ducem, aut Marchionem spectet Jus patronatus; nisi & hoc exprimat. Qui etiam vult sub reservatione tantum in Curia non comprehendi beneficia Juris Patronatus Laici non tantum si ad Reges, Cometes, aut similes pertineant, sed & ad alios Laicos. Quod posterius licet displiceat, *Flamin. de resignat. benefic. lib. 11. qu. 4. num. 48.* habet rationem; quod ista reservatio patris communis sit generalis, ut non adficiat ea, quæ specialem desiderant expressionem, ut in casu presenti. *vide Rochum d. tract. jur. Patron. verb. honorificum. Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 6. cap. 23. Wamess. conf. 428. num. 1. & 2. Less. de Just. & Jure lib. 2. cap. 34. dub. 9. Zaf. d. loc. num. 63.*

12 In patronatu Ecclesiastico, generalis sufficit derogatio. *d. Clem. 2. Dd. com. inc. 2. de prebend. in 6. Less. d. lib. cap. & dub. num. 36. Zaf. d. loc. num. 64.*

13 Non in patronatu mixto: Nihil faciente conjunctione Ecclesiastici, ut vult *Flamin. Paris. d. loc. num. 49. cum seqq. per Gloss. in c. 7. in 6.* utpote quæ commoda quidem & privilegia cum Laico communitur, non etiam damna, quibus adficeretur Laicus per derogationem generalem & reservationem. *Et sic accipiend. Gloss. fin. Covarr. 1. cap. 36. num. 5. vers. tercio. secutus alios, quos citat. Abb. in c. fin. in fin. de jure patron. Wamess. conf. 479. num. 1. & seqq. Zaf. d. loc. num. 55. Covarr. d. loc. num. 5. Less. d. loc. num. 40.*

14 Quæ diximus de expressa Pontificis derogatione, vera sunt, si de dotatione aut fundatione habeatur Patronatus jus: non si ex privilegio Pontificis; *Butrio in d. c. dilectus.* aut, ut quidam volunt, ex privilegio

Corvino  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I

32



ptione & consuetudine. *Covarr. d. loco, num. 6. Zaf. d. loco, num. 66. Less. d. loc. num. 42.* Sed hac de re in titulo sequenti.

Quantum attinet ad Legatum à Latere, & consequenter Nunti- 15  
um Apostolicum cum potestate Legati à latere, potest ille prevenien-  
do præjudicare Patrono Clerico, non etiam Laico: *c. dilectus. 18. de ju-  
re patron. & ibi Dd. commun. & in c. dilectus. de offic. Leg. Lessius d. loc.  
num. 38.*

Ad Episcopum quod attinet, Illi non licet derogare Juri Patrona- 16  
tus, sive Ecclesiastico, sive Laico; Si tamen preveniendo præsentatio-  
nem Patroni instituat in beneficium, Institutio non erit irrita, *c. pasto-  
ralis. c. illud. de jure patron.* verum secuta præsentatione Patroni intra  
tempus jure præscriptum, Institutio illa resolvetur & evanescet, *d. can.  
discernimus. 16. qu. 7.* Sin autem intra illud tempus Patronus præsentat  
verit neminem, nec contradixerit, Institutio manebit valida: Quia jam  
ad Episcopum est devoluta: & prior Institutio non fuit irrita, nisi secuta  
vel patroni præsentatione, vel contradictione intra tempus definitum.  
Ubi ergo neutra secuta, manebit firma. *Less. d. loc. num. 39.* Et propter  
ca: quod dicitur Institutionem ab Episcopo factam spreto Patrono esse  
irritam, sic solet accipi, ut non sit irrita ipso jure, sed irritanda veniat pe-  
tente patrono. *d. c. illud. & ibi Dd. Dantis de benefic. sect. 6. cap. 6. vers.  
præsentatum in fin.*

Facta Institutione Institutus nanciscitur jus percipiendi fructus be- 17  
neficii juri Patronatus obnoxii, & potestatem administrandi officium &  
munus ratione illius beneficii injunctum.

Observandum tamen hic, nullum esse tempus constitutum Ordi- 18  
nario ad instituendum, *Abb. in c. 2. de concess. præb.* uti nec instituto ad  
possessionem capiendam, nisi agatur de Parochiali: Nam tunc fieri de-  
bet Institutio intra menses duos. *ex bulla Pii V. de concursu;* aliàs de-  
volvitur Institutio ad Papam, vel potest simpliciter appellari. *Zerola in  
vaxi. 1. part. verb. Jus Patronatus. §. 8. vers. advertitium dub.*



## TITULUS IX.

## De Iure Patronatus.

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Continuatio.   | sticum: Et Cur.   |
| 2. Jus Patronatus Ecclesiasticum ad imitationem Juris Patronatus Civilis introductum. | 16. Cum olim esset ignotum quibus modis introductum.    |
| 3. Varia in Jure Canonico habet nomina.   | 17. Qui illi.   |
| 4. Definitio communis.  | 18. An eos concurrere necesse.                          |
| 5. Vera.  | 19. Fundatione quis acquirat.                           |
| 6. Triplex.   | 20. An ipso jure?                                       |
| 7. Ecclesiasticum.  | 21. Constructione quis.                                 |
| 8. Laicale.   | 22. Dotatione quis.                                     |
| 9. Quando ex Ecclesiastico fiat Laicale.  | 23. Sine ea non dedicanda Ecclesia.                     |
| 10. Mixtum quid.  | 24. Quid, si dorent plures.                             |
| 11. Quae circa hoc consideranda.  | 25. Dos qualis esse debet.                              |
| 12. Est & Hereditarium & Gentilitium.   | 26. Dotare qui possunt.                                 |
| 13. Illud quid.   | 27. Qui cogantur.                                       |
| 14. Quid hoc.   | 28. Istis modis ut ad sui Ordinarii consensus, necesse. |
| 15. Omne dicitur Ecclesiasticum: Et Cur.  | 29. Ordinarii nomine quis hic veniat.                   |

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V  
32



- |   |  |
|---|--|
| 30. Quid, si consentire no-<br>lit.   | 42. Cur Onerosum.  |
| 31. Consensum ejus inter-<br>venisse unde presuma-<br>tur.                          | 43. Transferri potest in<br>alios, idq; vel inter vi-<br>vos, vel mortis causa.            |
| 32. Prescriptione, & qua-<br>li, an acquiratur Jus<br>Patronatus controver-<br>sum. | 44. Inter vivos permuta-<br>tione.   |
| 33. Acquiritur per Pri-<br>vilegium Papa.   | 45. Donatione: cui ali-<br>quando adesse debet Epi-<br>scopi consensus.                    |
| 34. Non absq; eo in Eccle-<br>sias Conventualibus &<br>Regularibus.                 | 46. Venditione universita-<br>tis: & quando.   |
| 35. Intervenisse presumi-<br>tur ex lapsu temporis.                                 | 47. Quando non.  |
| 36. Jus patronatus qui<br>non prohibentur.  | 48. Universitatis nomine<br>qua hic veniant.   |
| 37. Etiam Femina.   | 49. An ob delictum Patro-<br>ni bonis publicatis,<br>transeat in Fiscum con-<br>troversum. |
| 38. Qui prohibeantur.   | 50. Mortis causa Jus Pa-<br>tronatus transit in here-<br>des: & quales.                    |
| 39. Patroni consequuntur<br>Jus Honorificum, Utile,<br>Onerosum.                    | 51. An in fideicommissa-<br>rium?  |
| 40. Jus Honorificum in<br>quo consistit.  | 52. In causa Juris Patro-<br>natus quis Judex compe-<br>tens.                              |
| 41. In quo Utile.   |  |

[Gg]

53. Quis



53. *Quis in caussa possessionis Eius.*  
 54. *Jus Patronatus probandum.*  
 55. *Per documenta authentica.*  
 56. *Quae sint illa.*  
 57. *Præsentationum multiplicationem.*  
 58. *Immemorialis usus quae hic vis.*  
 59. *Per præsentandi possessionem quadragenariam.*  
 60. *Per Ordinariorum Enuntiativas.*  
 61. *Insignia Familia.*  
 62. *Denominationem Cappella.*  
 63. *Sententiam Episcopi.*  
 64. *Literas Institutionales.*  
 65. *In quibus procedant dicti probandi modi: Et à quibus requiratur plenior.*  
 66. *In quibus præsumatur Usurpatio.*  
 67. *Amittitur jus Patronatus propter delictum: Et Quale.*  
 68. *Ob causas alias: Et quas.*  
 69. *Ex jure Patronatus nata Regalia.*  
 70. *Non habet locum in Belgio.*

**A**ntequam prosequamur explicare modos, quibus Beneficia conferuntur Jure Ordinario, tractabimus de Jure Patronatus in genere, moti ad hoc occasione titularum disputationum præcedentium. Præcipuè cum præcipuus Eius juris effectus in præsentatione, quæ Institutionem præcedit, consistat.

**Jus Patronatus**, de quo acturi, videtur à Jure Canonico, exemplo Juris Patronatus Civilis, quod non raro ad imitationem Juris Civilis est scriptum, esse introductum. Quemadmodum enim olim Dominici per servorum manumissionem consequentur Jus Patronatus: Quod

CORVINUS  
 De Personis  
 et Beneficiis Ecclesiasticis

G I  
 32



Quod in operis, honorum successione, obsequiis patrono debit, consistebat, vide nostra Digesta per Aphorism. explicata lib. 37. tit. pen. & ult. & lib. 38. tit. 1. & 2. Et Enarrat. nostr. in Cod. lib. 6. tit. 1. 4. 6. ita etiam Ecclesie adificatione, aliisque modis, de quibus infra, Jus Patronatus consequimur hoc jure nostro, suadente id ratione naturali, qua ad remunerandum obligamur illis, à quibus accepimus beneficium. c. cum in officiis. 7. de testament. l. sed et si. 25. §. consuluit. ff. de hered. petit.

De hoc jure considerabimus. 1. Quid sit; 2. Quotuplex; 3. Unde traxerit originem; 4. Quid Patrono competat ratione ejus. 5. Quibus modis acquiratur; Quomodo, transferatur; Quis in eo Judex; Quomodo probetur: & Amittatur.

Jus Patronatus, (à Jure & Patrono appellatum) varia in jure 3 Canonico habet nomina. Quandoque enim dicitur *Advocatus*, c. quia clerici. 6. Et ibi Gloss. hic. Patronus Advocatus. c. cum autem. 24. eod. Aliquando *Vicedominatus*, vel custodia & guardia, c. preterea. 23. eod. quia Patroni est Ecclesiam defendere adversus injuriam & oppressiones, can. 31. filii. 16. qu. 7. Aliquando *Processionis jus*; quia Patrono in processu publico debetur honor. can. pimentis. 26. cum seq. d. caus. 16. & qu. 7. Gloss. in d. c. quia Clerici. vers. Advocatus. Paul. de Ciudadanis. tract. de jure patronat. part. 1. num. 44. Sylvest. in Sum. verb. Jus Patronat. num. 1.

Solet definiti non uno modo; aut videre est apud Abbat. ad rubr. 4 de Jure Patron. Paul. de Ciudadanis tract. de jure Patron. part. 1. num. 42. Rochum de Curte in Reper. Rubr. hujus Tit. circa princ. Vivian. in praxi Juris Patron. part. 1. lib. 1. cap. 2. num. 2. Fumus in armilla. verb. Jus patronatus. Communiter: Quod sit *Jus honorificum, onerosum, & utile*, alicui competens in Ecclesia, pro eo quod de Diocesani consensu eam fundavit, construxit, vel dotavit, vel is à quo causam habuit. Rejiciunt illam Doctores, alii, tanquam obscuram; nec enim declarat quale illud Jus sit, honorificum, onerosum, utile: Propterea substituunt aliam: Nempe: Quod sit *jus presentandi Clericum ad Ecclesiam vel Beneficium vacans*. Lancellot. Inst. Juris Can. lib. 1. tit. 28. Canis. ad rubr. hic. Zes. in Coram. ad hunc tit. post Hostiens. in sum. eod. Rejicimus & hanc; Quod & alia contineat definitum, sub definitione non comprehensa: uti Jus hono-

[Gg] 2



honorificum, quo Patrono praestanda obsequia convenientia, & in Ecclesia locus honorificus: *c. nobis. 25. in fin. hoc tit.* Jus Utile, quo Patrono inopia presso subveniendum ab Ecclesia; *d. c. nobis. 25. & c. quicumq. 16. qu. 7.* Jus Onerosum, quia patroni est, Ecclesiam, ne cui dilapidentur bona, defendere *can. 31. filius & nepotibus. 16. qu. 7.* unde, ut dictum, Advocatia vocatur; *d. c. quia Clerici. 6.* Probamus *Chi Inst. Jur. Canon. lib. 2. tit. 9.* hanc.

5 Jus Patronatus est, quod alicui in Ecclesia acquiritur, vel competit, eo quod ipse, vel ejus auctores Ecclesiam posuerint, aedificaverint, vel sanctoribus non minimum auxerint, consensu Episcopi adhibito, ex quo jure cum utilitate honor & onus simul resultant.

6 Est triplex; Ecclesiasticum, Laicale, & Mixtum. *sec. Gonzalez. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 18. a num. 4. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 153. cum seqq.*

7 Ecclesiasticum est, quod competit ratione Ecclesiae, personae Ecclesiasticae vel Laicali. Puta; Quod de bonis Ecclesiasticis; *just. de electus. de offic. Legat. c. cum dilectus. h. tit.* aut bonis intuitu Ecclesiae quaesitis, *Gloss. in d. c. dilectus. verb. in concessione.* aut Clerico Beneficario non habente bona patrimonialia, aut aliunde quaesita, *Roeb. d. ver. verb. jus. num. 18. Lambert. tract. de jure patron. lib. 1. part. 1. qu. 2. num. 7. num. 17. Rota decis. 615. num. 4. part. 1.* est fundatum; Quod habet Clericus, vel Universitas, sive Collegium Religiosorum seu Clericorum nomine sua Ecclesia; *Rota decis. 8. de jure patron. Vivian. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 10.* Quod habent Laici viventes religiose, & bonum religionis portantes, fori & canonis privilegio gaudentes; *Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 556.* Quod, licet ex bonis Laicalibus originem habens, vel ab initio, aut fundatione, testamento, donatione, aut alio quovis titulo in Ecclesiam, Collegium Ecclesiasticum, personam Ecclesiasticam, Ecclesiam, Dignitatis aut Beneficii ratione, constitutum. *c. un. §. verum. hic in 6. Roeb. d. ver. jus. qu. 7. num. 14. Lambertin. tract. de jure Patron. lib. 1. qu. 1. art. 1.* Conditione enim personae mutata, & videtur mutata honorum conditio, *Valasc. de jure Episcop. phyt. qu. 17. num. 15.* & res non privilegiata, veniens ad privilegiatum, antiquam amittit naturam, & mutatur in privilegiatam. *sec. Tyrard. de jure*

Corvini  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I  
32



*Jure Primogen. in præfat. num. 133. Barbof. in l. haeres absens. in pr. num. 176. ff. de judic. Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 12. à num. 8.*

*Laicale Jus Patronatus* est, quod persona Ecclesiastica vel Laicali vel ratione sui patrimonii; *Gloss. in Clem. plures. verb. presentare. hoc tit. Hojed. de incompatib. cap. ult. num. 113. Virvian. d. part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 11. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Jus Patronatus. num. 1. vel quia fundatori Laico successit; Abb. in d. c. dilectus. num. 4. Mandos. sup. reg. 1. Cancell. qu. 10. num. 7. Barbof. d. lib. 3. & cap. 12. num. 14. competit.*

Fit, ex Ecclesiastico, Laicale; si transeat, non lucrativo, sed oneroso, ut permutationis, titulo; cum auctoritate Apostolica, in Laicos. *Bergin. decis. 22. num. 6. p. 1. Ut & ex Laicali fit Ecclesiasticum, & ejus naturam assumit; quando transit in personas Ecclesiasticas. Abb. in c. de monachis. num. 14. de probat. & in c. 1. h. t. in 6. ubi Joan. Monach. num. 4. prob. in addit. num. 17. Rebuff. de nominat. qu. 8. num. 22. Barbof. in collect. ad c. porrò. 7. num. 3. de privileg. Persona enim presentans attenditur; & prout illa est ita ipsius Juris Patronatus natura determinatur. *Mohed. decis. 9. in fin. de jure patronat. Crescent. decis. 9. eod. vid. Sord. conf. 358. num. 9. cum seqq. Barbof. d. loc. num. 16.**

*Mixtum Jus Patronatus* est, quod partim ad Clericum pertinet, partim ad Laicum. *Felin. in tract. quando litera Apostolica. Barbof. d. lib. 3. cap. num. 17.*

Considerandum; 1. Illud facta de alterius vicibus presentando in concordia, juxta *Clem. plures. §. ut facilius. hoc tit. in turno patroni Laicali conferri Laicale, in Ecclesiastici turno Ecclesiasticum; 2. Vacans in turno Ecclesiastici in mente Apostolico esse reservatum: Joann. Andr. in c. cum in illis. §. fin. in fin. de prebend. in 6. non vacans in turno Laici: Barbof. d. loc. & num. Haberi pro merè Laicali; quoad exclusionem reservationis: *Covarruv. pract. qu. 36. num. 5. vers. & ideo. Achil. decis. 3. de jure patron. Mandos. sup. reg. 1. Cancell. qu. 10. num. 8. Garc. de benef. part. 5. cap. 1. num. 582. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 10. num. 76. Non decidere formam examinis per concursum positam in Concil. Tridentino sess. 24. de reform. cap. 18. pro conferenda parochiali juris Patronatus**



natus Ecclesiastici. *S. Congr. quam refert Barbosa de offic. & potest. Parisiensi cap. 2. num. 126.*

12 Dividitur etiam Jus Patronatus in *Hereditarium & Gentilitium.*  
 13 *Illud est, Quod, ad hæredes quoscunque, etiam extraneos transit, c. quoniam. 3. hic. Covarruv. lib. 2. var. resol. cap. 16. num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 645. num. 10.*

Quale præsumitur esse in dubio, ex fundatione, vel aliunde non probetur contrarium. *Cardin. in d. Clem. plures. qu. 6. & ibid. Ancler. ran. num. 7. & in Lambertin. d. tract. 2. part. 1. lib. qu. 2. num. 15.*

14 *Gentilitium est, quod tantum transit ad illos qui sunt de fundatorum genere. Gabr. conf. 196. num. 2. lib. 2. Riccius tract. de jure patron. resolut. 232.*

Non præsumitur tale in dubio. *Innoc. in Rubr. h. t. num. 4. Alii in cap. cum saculum. 13. num. 5. eod. Gabriel. conf. d. num. 1. Quod totius familiae & descendentiæ ordinariè in provisionibus facta mentio. Barbosa. d. lib. 3. & cap. 12. num. 23. Rota decis. 675. num. 3. in fin. part. 1.*

15 *Omne Jus Patronatus dicitur Ecclesiasticum; quia annexum spirituali, id est, sacro; c. de jure vero. 16. hic. ut quæ adherent locis religiosis, censentur religiosa. l. quæ religiosa. 43. ff. de reivindic. Nonamen per se est Ecclesiasticum, quo fit ut & Laicis competat; qui aliquot à sacrorum ministerio arcentur. c. decernimus. de jud. c. causam. de prescript.*

16 *Fuit hoc jus Patronatus primis Ecclesiæ temporibus signorum, quod Gloss. in can. pia mentis. 16. qu. 7. Barbosa. lib. 3. jur. Eccles. cap. 12. num. 27. Cirenium in parat. ad Decret. ad hunc tit. & prerogative quibus tunc gaudent Ecclesiarum fundatores irrepperunt sensim & furim, contentia scilicet ad excitandos fidelium animos; ut testatur Innocentius III. in c. quoniam. 3. hic. Impellebant ad hoc jus habendum plebs præcipue duo, ambitio & avaritia; Qui enim olim construebant Ecclesiam arrogabant sibi præcipue bonorum Ecclesiæ collatorum dispensationem; nec non Clericorum ordinationem seu institutionem. Eorum audaciam repressit primum Pelagius II. can. Abbatem. 18. qu. 2. Concilium Toletanum III. can. noverint. 10. qu. 1. Merito. Tolliebant enim dotem Ecclesiæ ab Episcoporum ordinatione; imo & rebus*

Corvino  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I

32



tas sibi faciebant proprios: quod Concilio Braccarenfi. *can. 6. relato in can. sequis. de consecrat. dist. 1.* nec non antea Concilio Ilerdensi, *in can. 1. caus. 10. qu. 1.* vetitum. Habuere tamen, quod & praeceptum, fundatores ex Ecclesiae consensu & constitutionibus, Clericorum, electionem & nominationem, *d. can. Abbatem. d. cap. decernimus.* ut & cavet Imp. Justinianus *Novel. 57. in fine. & Nov. 128. cap. 18.* Papa Gelasius I. postea Fundatoribus jura omnia adimere voluit, relicto, ut caeteris omnibus Christianis, processionum aditu, *can. pia. mentis. can. Trigenius. 16. qu. 7.* Siquidem multi Oratoria & aedificulas sacras in Martyrum honorem aedificantes instituebant conventus & processiones publicas. Quod prohibuit Gelasius; *in can. certum. 7. de consecrat. dist. 1. Luitprandus in ejus vita. in d. can. Pia. mentis.* statuens ne aliae processiones fierent quam publicae, quibus ipsi aedificatores sicut alii Christiani interessent Justinianus Imp. *in d. Novel. 123. cap. 32.* vult ne Laici faciant *7. d. s. v.*, quam *δημοτικῶν ἐκδροῶν* vocat, id est, *publicum processum.* *Novel. 67. cap. 1.* Præterea etiam Fundatores gradum, auctoritatem, & dignitatem in Clericorum ordinatione, dispensatione & reddituum perceptione, nec non jus procedendi in fidelium conventibus & coetibus, ut habebant Episcopi alique Prælati. Ferre hoc non potuit Papa Gelasius. Habebant enim Processiones (*Λιτανείας* vocant Græci) ordinariae suum ordinem: ut test. *Tertull. lib. de prescript. adv. heretic. D. August. lib. 22. de Civit. Dei. cap. 8.* Iis, non tantum interesse solebant Prælati, *Tertull. d. lib.* sed & Reges, Principes, Magistratus; aliique Christiani, *Zonar. lib. 3. Anal.* non mixti, sed in coetus varios distributi. Dicit Gregorius *lib. 11. epist. 2.* hæc; *Erat Litania alia Clericorum, alia Monachorum, alia Virorum, alia Fæminarum, alia Monialium, alia Viduarum, alia Infantium, & Pauperum.* Sed Patroni seu Fundatores litaniam peculiarem à reliquis sejunctam. Proptereaque eos Gelasius in caeterorum fidelium litaniam redegit. Postea Papa Alexander III. *c. nobis. 25. hoc tit.* processionis seu potius processionis honorem indulgit Patronis post Clericos. Qui semper sunt primi, *c. 1. de vita & honest. Cleric.* Laici postremi. *Tertull. lib. de exhortat. ad castitat. cap. 7.* inquit; *Differentiam inter Ordinem & plebem constituit Ecclesie auctoritas, &c.* Tandem ut Christianorum zelus excitare-



taretur ad construendas Ecclesias & opibus sublevandas, quasdam prerogativas tacitus magis Ecclesiæ consensus, quam Lex generalis inducit iis omnibus, qui vel *constructione*, vel *dotatione*, vel *soli concessione* Ecclesiam juvant. Unde verius,

*Patronum faciunt dos, edificatio, fundus.*

17 Tribus ergo istis munificentia modis, sed frequentioribus, acquiritur Jus Patronatus. *d. c. nobis. c. Abbatem. 18. qu. 2. can. filius. 3. l. c. monasterium. 16. qu. 7. l. 1. Cod. de Colon. Tracensis. l. un. Cod. Theod. de colon. in scio Domino. Lambertin. d. tract. lib. 1. part. 1. art. 10. qu. 1. in princ. Cabed. de Patronatib. Regia Corona. cap. 2. Puta, Ecclesia in Beneficii Ecclesiastici fundatione, constructione, & dotatione. can. unum. 9. dist. 1. de consecrat. d. can. Abbatem. d. can. monasterium.*

18 Quos tamen concurrere non est necesse; sed singuli sufficienter Per *d. c. nobis*, ubi tantum fit constructionis mentio. Per *can. quoniam. 16. qu. 7.* ubi tantum ejus quod collatum: Item *d. can. filius. 31.* videtur dictio *vel*, quæ sua natura est alternativa: *Abb. ad rubr. h. l. de scard. de probat. vol. 2. conclus. 958. num. 31. & 34. Mensch. lib. 3. de presumpt. 40. num. 4. cum seqq.* Et vult id ipsum ratio: Cum jus attulerit mittatur in remunerationem beneficii Ecclesiæ præstiti. Quod tantum fit conjunctim, sed & disjunctim, aut fundando, aut dotatione, aut dotando tantum. *Rochus d. tract. verb. dotavit. qu. 11. d. Inst. Moral. part. 2. cap. 19. qu. 6. Zaf. in com. ad h. t. num. 5. Unger. ibid. num. 12.* Estque ea communis omnium Doctorum opinio. *Ubi Lambert. d. tract. loc. qu. 4. num.* Et sic potest unus fieri Patronus tantumne fundationis, alius ratione constructionis, & alius denique ratione dotationis. *d. can. filius.*

19 *Fundatione* Jus Patronatus acquirit; qui Ecclesiam in proprio solo sumptibus suis construit. *d. can. Abbatem. d. c. nobis. 25.* qui solum seu fundum, in quo ædificari possit, adsignat, & donat: *d. c. nobis. d. can. pie mentis. 26. ibiq. Gloss. d. can. Frigentius. Lambertin. d. part. 1. l. 1. quest. 2. art. 2. num. 1. & 2. Dd. commun. in solidum. Lambert. d. l. c. Massobr. in praxi. habendi concursum. pralud. 7. dub. 18.*

20 Acquirat, ipso jure; nec necesse, ut vult *Paulus de Civ. administrat. d. 17.*

Corvini  
De Person  
et Benefic. Ecc

G I V  
32



de jure patron. part. 3. in verbis secunda causa. quest. 5. num. 13. cum  
 segg. & Calder. conf. 5. hoc tit. ut illud sibi reservaverit, modo non re-  
 miserit. d. c. nobis. 25. ibi, ex eo jus Patronatus acquirit. Gloss. in can. si quis  
 basilicam. 10. in verbis sub tributaria. de consecrat. dist. 1. Roch. d. tract. in  
 verb. Ecclesiam fundavit. quest. 8. num. 32. Card. Abb. Felin. in c. signifi-  
 carit. de restib. Nec adverstatur quod in dubio magis sit favendum Ec-  
 clesiae, quam fundatoribus; arg. l. sunt persona. 43. in fin. ff. de relig. &  
 sumpt. fun. Nec enim hic est dubium.

Constructione seu adificatione Ecclesiae Jus Patronatus acquirit, qui 21  
 sine proprii fundi assignatione eam etiam in solo ab aliis dato, suis sum-  
 ptibus, d. can. monasterium. 16. qu. 7. d. c. nobis. 25. & ibi Butrio num.  
 14. Despinat. h. tract. num. 110. Gloss. in can. Apostolicos. 17. qu. 2. verb.  
 construxisse. Voluntarie, Lambert. d. part. & lib. quest. 4. art. 7. Rota  
 decis. 167. num. 5. & 6. part. 2. & perfectè, Paul. de Citadin. d. part. 3.  
 qu. 14. num. 37. cum seq. construit: vel etiam plane dirutam atque de-  
 structam, ut nova indigeat consecratione, Bursat. conf. 310. num. 6.  
 Campan. in divers. jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 339. Rota decis.  
 306. part. 3. divers. per c. de fabrica. de consecr. dist. 1. reparat. Abbas in  
 d. c. nobis. Roch. d. tract. verb. construxit. num. 12. Lambert. d. tr. part. 1.  
 lib. 1. quest. 6. art. 3. Licet ex eadem materia & iisdem lapidibus, & alta-  
 re manserit intactum. Reparatio enim hac adificationi comparatur.  
 Hostens. ad c. 1. vers. item ex refectione. & c. quoniam. 3. hoc tit.

Dotatione etiam acquiritur Jus Patronatus: d. can. filii. 16. qu. 7. 22  
 Quemadmodum enim in carnali matrimonio ad matrimonii onera fu-  
 stinenda assignatur dos: l. dotis. 7. in princ. l. si pater. 76. in fine. ff. de ju-  
 re dot. l. pro oneribus. 20. Cod. eod. ita in matrimonio spirituali, quod in-  
 ter dotantem & Ecclesiam contrahi censetur, certa dos ex redditibus an-  
 nualive censibus ad Clericorum alimentationem, ad luminaria & ad cu-  
 stodiam custodumque stipendia est constituenda. c. nemo. 9. de consecrat.  
 dist. 1. d. Novel. 67. cap. 1. & 2. Nam non est Ecclesiam nisi de dote ei fu-  
 erit provisum. cap. cum sicut. 8. de consecrat. Eccles.

Hinc etiam precipitur Episcopis ut sine dote non dedificent Eccle- 23  
 siam. Nam, ut inquit can. 1. placuit. 1. quest. 2. Non levis culpa est ista  
 [Hh] teme-



*temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus privata, consecratur Ecclesia.*

24 Si igitur dotantes sint plures, patroni erunt omnes, & sicut quasi Domini, & vocabuntur Domini. Superiori tamen providere incumbit, ne ex Patronorum multitudine gravetur Ecclesia. Unius enim est habere patronum unum, quam plures. Solet enim negligi, quod communiter possidetur. *l. meminimus. 2. vers. naturale quippe votum ff. Cod. Quando & quibus quarta pars debet. Abbas ad c. querimoniam. §. num. 3. post Petrum hoc tit.*

25 Qui dotat, dotem, si velit esse Patronus, dare debet sufficientem. *d. Novel. 67. cap. 2. d. can. nemo. 9. verbo sufficient. Joan. de Anania d. c. num. 8. hoc tit. Delphinat. d. tract. num. 100. perpetuam; Paul. de Castadinus. d. part. 3. in verb. secunda causa. num. 21. vid. Concil. Trident. sess. 14. de reform. cap. 12.*

Qua sit talis, iudicavit Episcopus. *can. sic quidam. 2. can. decretum. 3. can. noverint. 6. caus. 10. qu. 1. Rochus d. tract. verb. dotavit. qu. 100. num. 17.*

26 Dotare possunt, & sic fieri patroni, si velint, *l. si extraneus. §. ff. de Jure dot. omnes liberam rerum suarum administrationem habentibus. l. in rem mandata. 21. Cod. mand. Est enim Jus Patronatus ex genere promissorum. Ungepauer d. loc. num. 6.*

27 Dotare coguntur, qui Ecclesiam construxerunt: Quemadmodum enim pater filiam, quam in potestate habet, cogitur dotare, *l. capite. 19. ff. de ritu nupt. & votum & officium est paternum de eorum sua dare pro genie; l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad SC. Trebell. §. ult. vers. neq. enim. Cod. de dotis promiss. ita etiam tenetur dotare Ecclesiam, qui eam fundavit, construxit seu edificavit. *c. cum sicut. 8. & ibi Gloss. verb. consecranda. de consecrat. Eccles. vel altar. & can. nemo. 9. ad consecrat. dist. 1. aut in subsidium ad Episcopum recurratur, qui non assignata dote consecravit Ecclesiam; arg. c. non licet. 2. & c. Episcopus. 4. de prebend. & dignit. Abb. ad d. c. cum sicut. §. num. 3.**

28 Tribus ergo istis modis, fundatione, aedificatione, dotatione, acquiritur Jus Patronatus; ita tamen si ubique Ordinarii Diocesanum consensu aut accesserit; *d. c. nobis. 25. & ibid. Canonista. can. pie mentis. can. fiam.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiarum

G I  
32



*filii. can. considerandum. 16. qu. 7. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 71. Calderin. conf. 10. vers. nam auctoritas. de jure patronat. Lambertin. d. lib. 1. part. 1. qu. 2. art. 3. aut præcesserit, aut ex post facto supervenerit. Calder. conf. 6. de jure patron. Roch. d. tract. verb. pro eo. qu. 4. num. 9. Lambert. d. lib. 1. part. 2. qu. 1. art. 16. & quest. 11. art. 16. num. 51. Rot. decis. 101. num. 7. apud Paul. de Rubis. tom. 3. divers. Riccius decis. 143. num. 3. Quia non spectat ad Laicos, Ecclesiis aliquod onus imponere. c. Ecclesia. 10. de consuet.*

Ordinarii nomine hic venit quilibet Prælati, etiam inferior, Episcopus 29  
 scopalem Jurisdictionem habens. *Barbos. d. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 12. num. 39. etiam Capitulum Sede vacante; non Episcopi Vicarius generalis absque speciali mandato. Barbos. d. loco. Garc. d. loc. num. 75. Vallens. in parat. Decret. ad hunc tit. num. 3.*

Qui si consentire nolit, compellet eum Superior, aut Ipse consensu 30  
 t. *Massobr. in praxi habendi concursum. præbend. 7. dub. 7. Barbos. d. loc. num. 41.*

Consensum Ejus intervenisse ex diuturnitate temporis; in dotati 31  
 one annorum triginta, in cæteris modis annorum decem; præsumitur. *Barbos. d. loc. num. 42. cum seqq. post Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumt. 132. num. 54. Garc. d. loco, num. 77.*

Tribus istis acquirendi Juris Patronatus modis addunt Canonistæ 32  
 adhuc duos; *Præscriptionem*; Nempe, immemorialem, & rectè, quia illa  
 vim habet tituli, *arg. c. 1. de præscript. in 6. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signif. Covarr. ad reg. possessor male fidei. de reg. jur. lib. 6. part. elect. 2. §. 10. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. & privilegium Summi Pontificis.*

De ordinaria præscriptione disceptant graviter Canonistæ. Ple-  
 rique eam concedunt Laicis adversus Ecclesiam liberam, Patronum  
 non habentem, sed annorum quadraginta curriculo munitam: *c. cura  
 pastoralis. 11. ibi, nisi legitima præscriptione munitus. h. tit. c. querelam. 24.  
 vers. Nos igitur. de elect. c. generali. 13. eod. in 6. Adversus Ecclesiam non  
 liberam seu patronatam & quidem Laicam, præscriptionem admittunt  
 annorum decem vel viginti. Joan. Andr. ad d. c. querelam. Balbus de præ-  
 script. part. 5. princ. qu. 9. num. 2. Paul. de Citadin. part. 3. in verb. quaro*



ergo. num. 3. & seqq. Rejicimus hanc opinionem, licet communem sit in praxi, ut test. Abbas ad d. c. querelam. observatam; & dicitur Licet cum Jus Patronatus prescribere non posse. cum Joanne de Monte Marti quem allegat & sequit. Abb. d. loco. Archidiaconus. in can. hortatur. 8. dist. 77. Felin. ad c. causam. de prescript. Fachino lib. 8. controvers. cap. 24. Ungepaur. d. loco. num. 19. Quia Laicus spiritualia & quae spiritualibus sunt annexa possidere non potest. Nam ut quis dicatur verè possidere, concurrere necessariò debent tria; videlicet actus corporis, affectus animi, & administraculum Juris; Gloss. & Bart. ad l. 1. ff. de acquir. vel amit. possess. Et uno ex substantialiter ad confectionem actus requisitis demerente, deficit ipse actus. c. fin. de condit. apposit. in respons. impub. At Laicus jus resistit, ne spiritualia possidere possint. c. sacrosancta. 91. de elect. Ecclesia. 10. de constitut. c. causam. 7. & ibi Gloss. de prescript. Ergo eis connexa: De iis enim idem est iudicium. c. quanto. 3. & ibi Canon de iudic. & c. praeterea. 10. de transact. Qui autem non possidet, non potest prescribere. Quippe prescriptio super possessione est fundata sine possessione. 3. de reg. jur. in 6. d. c. causam. 7. c. ex literis. 3. in fin. de probatione. & l. sine possessione. 25. ff. de usucap. & ubi deficit fundamentum superadificari potest nihil. c. veniens. 3. de Presbyt. non baptizato. Quia ergo Jus Patronatus conjunctum & connexum est causis spiritualibus d. c. quanto. 3. & c. de jure. 16. hoc tit. sequitur nec illud Laicum possidere & prescribere posse. Nec repugnat, quod Laici possint esse Patroni; quia, ut dictum, illud fit in favorem Ecclesiae; ut per illius juris acquisitionem inducerentur, ad constituendas, fundandas & dotandas Ecclesias. Igitur hoc extendi non debet ad prescriptionem, in qua causa ista cessat. c. cum cessante. 60. de appellat. recus. c. sane 9. de privileg. l. quod vero. 14. ff. de legib. Videat. Fachin. d. loco. & Ungepaur. d. loco. num.

33 Constituitur denique Jus Patronatus per Pontificis Summi, non inferiorum Antistitem vel Episcopi, c. 2. de reb. Eccles. non alienand. in 6. Gare. d. loco, num. 128. Vallens. d. loco. num. 4. privilegium. Propter summam quam in Ecclesiis omnes & beneficia habere potestatem. c. de cet. 2. de praebend. in 6. Canis. in Sum. Jur. Canon. hoc tit. §. 4.

34 Imò absque eo, licet Ordinarii ad sit consensus jus hoc Patronatus acqui-

Corvini  
De Person  
et Benefic. Ecc

G IV  
32



acquiri non potest in Ecclesiis conventualibus, *Hosliens. col. 2. Abbas num. 9. in d. c. nobis. hoc tit. Riccius decis. 1466. Seraphim. decis. 1305. num. 5. & 1353. num. 5. & 1395. num. 2. Rota decis. 53. num. 1. part. 1. & Regularibus. Mohed. decis. 340. de jure patron. Covarr. ad d. regul. §. 10. Lambertin. d. loc. Barbof. d. loc. num. 48.*

Quod privilegium præsumitur in limine foundationis intervenisse 35 ex lapsu temporis, licet non sit enuntiatum. *Abb. in c. cura pastoralis. num. 4. hoc tit. Rota decis. 363. num. 1. & 573. num. 2. par. 4. divers.* Nisi tantum Episcopi, vel alterius Prælati inferioris consentium adhibitum fuisse ex foundationis instrumento constet. *Gabriel. commun. opin. tit. de præsumt. concl. 1. num. 57. Rota decis. 53. num. 2. part. 1. Barbof. d. loco, num. 49.*

Prædictis modis Jus Patronatus acquirere possunt omnes, qui re-36 num suarum administrationem habent liberam, *fac. l. in re mandata. 21. Ord. mand. & nominatim non sunt prohibiti: fac. l. mutus. 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. nec non. 28. §. 2. ff. Ex quib. caus. major. 25. annis. maximè cum hæc res sit pia & favorabilis, quam extendi & ampliari convenit. c. odia. 15. de reg. jur. in 6. Paul. de Citadinis d. part. 3. d. tract. num. 36.*

Potest ergo & Fœmina fieri Patrona. c. ex literis. 7. h. r. c. fin. 37 de concess. præbend. *Paul. de Citadin. d. loc. num. 9.* Filius familias bona habens castrensia vel quasi: *fac. l. usq. 2. ff. ad SC. Maced. princ. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. adventitia, in quibus pater non habet usumfructum: arg. Novel. 117. cap. 1. §. 1. minores annis viginti quinque, sed accedente decreto. arg. l. fin. vers. cum autem. Cod. Si major. fact. alienat. sine decr. fact. rat. hab. Simoncell. de contract. minor. lib. 1. tit. 2. inspect. 2. num. 23. Paul. de Citadin. d. tract. & part. secunda causa. qu. 7. num. 20.*

Non Monachus; cum non sit Dominus suarum rerum; *Auth. 38 ingressi. Cod. de SS. Eccles. Non infamis; cum Jus Patronatus honorem habeat annexum, d. c. nobis. 25. cujus ille incapax; l. 2. Cod. de dignit. l. 1. Cod. de infamib. Non hæreticus; quia ipsius bona confiscata sicut ipso jure; c. cum secundum. 19. de hæretic. in 6. e. vergentis. 10. eod. Auth. Gazaros. Cod. de hæretic. Abb. in d. c. nobis. 25. Non excommunicatione*



majori ligatus; Judæus, Paganus; quia jura mentionem tantum faciunt fidelium & Christianorum. *fac. c. pen. de sent. excomm.*

39 Patronus, constituto jure Patronatus, ultra Jus presentandi de quo egimus supra; consequitur commodum & incommodum. Juri constituto annexum. Est enim hoc Patrono partim honorificum, partim utile, & partim etiam onerosum. Hinc referente Glossa in d. nobis. 25. in voce modestie. hoc tit. versiculi sequentes:

*Patrono debetur honos, onus, utilitasque,  
Præfens ut præsit, defendat, alatur egenus.*

40 Jus honorificum quod sit, non conveniunt Canonistæ; Glossa in d. can. pia mentis. 26. caus. 16. qu. 7. putat Patronum honorarium constituendum presentat Episcopo seu Ordinario. Consentit Rochus tract. verbo Honorificum. in princ. aliique. Alii verò per honorem intelligunt processionem; d. c. nobis. d. can. pia mentis. d. can. Frigyanus d. loco. Quia Patrono venienti ad Ecclesiam à Prælato & Clerico circumcurritur processionaliter ad Ecclesiam ambitum; & attribuitur, aditurque Patrono in processu & confessu inter Clericos ejusdem Ecclesie primus locus. Butrio, Abb. in d. c. nobis. Rochus d. loco. Lambertus d. & part. 9. qu. 1. princ. num. 15. Delphinat. d. tr. de Jure patron. lib. 2. num. 118. Leo in Thes. Fori Ecclesiast. part. 2. cap. 16. num. 72. Barb. d. lib. & cap. num. 214.

Hinc quidam haud malè colligunt, non posse sine venia vocari Patronum; quia generaliter verum, personas eas, quibus præcedenda est reverentia, in jus vocari non posse sine Magistratus contentione generaliter. 13. ff. de in jus vocando. Licet aliud videntur Johanni Fabro ad §. penales. 12. in verbis. & in eum. Inst. de action. & Alexandro ad lib. generaliter. Zuesio d. loco, num. 27. Ad quorum argumenta respondit Lambertinus d. qu. 1. art. 2.

41 Utile dicitur Jus Patronatus Patrono: quia cum ad inopiam vergentem alit Ecclesia. d. c. nobis. can. 30. quicunque. 16. qu. 7. Butr. num. 22. Abb. num. 6. Anan. num. 9. in d. c. nobis. Rochus d. tract. verb. d. nobis. qu. 1. num. 1. Lambertin. d. lib. 3. qu. 3. art. 1. Gigas de Pension. qu. 23. num. 1.

Corvino  
De Person  
et Benefic. Ecc

G IV

32



Dixi ad inopiam vergantem; nec enim necesse est, ut vult Gloss. verb. ad inopiam. in d. can. quicumq. & Rota decis. 594. n. 4. part. 4. divers. Patronum esse in egestate summa, quam probare debeat; esse positum. Sufficit enim esse in tali statu, ut secundum personæ suæ qualitatem, ex bonis propriis, aut aliunde sustentari nequeat. Honestè vid. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de liber. agnosc. c. 1. §. sane. de statu Monach. in 6. l. Nepos Proculo. 125. in fin. vers. potest. ff. de verb. signif. Lambertin. d. lib. 3. qu. 3. art. 3. num. 6. Novell. tract. de dote. part. 6. qu. 70. Barbof. d. loc. num. 216.

Quod tamen procedit, quando Ecclesiæ aliquid superest ultra id quod necessarium est ad Dei cultum, & Ministrorum alimenta. Abb. in l. c. nobis. num. 6. Butr. num. 22. Roch. d. verb. utile. num. 1. & 2. Cassad. lucif. 3. num. 2. de jure Patronat. Surdus de aliment. tit. 4. qu. 23. à princ.

Non præstanda Patrono ea alimenta in Ecclesiâ, sed in domu ejus: Rebuff. tract. congrua portionis. num. 97. Corduba de Lara in d. l. si quis à liberis. §. salent. num. 28. Surdus. d. tit. quest. 14. num. 21. Nec tantum ei, sed & ejus familiæ. Surd. d. tit. qu. 18. num. 18. & tit. 7. qu. 32. num. 30. Et quidem integra, id est; cibus, potus, vestis, lectum, aliaque omnia alimentorum voce comprehensâ. Surd. d. tit. qu. 23. à num. 12. Barbof. d. loc. num. 218. Cum enim teneatur Ecclesiâ de superfluis omnibus subvenire pauperibus; can. ult. 16. qu. 1. Ergo abundantius & melius providere Patrono egentî. Gloss. in d. can. quicumq. verb. ad inopiam. Abb. in d. c. nobis num. 6.

Onerosum etiam dicitur Jus Patronatus. Incumbit enim Patrono Ecclesiâ, ejusque Rectorem, contra vim hostilem defendere; d. can. quicumq. can. filius. can. decernimus. 16. qu. 7. personas, ejus bona dilapidantes, denunciare; perscrutari, Roch. d. loc. verb. onerosum. num. 3. Lambertin. d. lib. 3. qu. 2. in princ. art. 5. perperam & indebitè alienatâ revocare. Rochus d. verb. honorificum. sub num. 20. Cohæret enim Juri Patronatus, Protectionis, Advocatiæ, Guardia, & Vicedominatus Jus. c. præterea. 23. c. cum autem. 24. hoc tit.

Dictum Jus etiam modis variis transferri potest in alios. Eos in- cludit Glossâ in c. cum seculum. 13. verb. Emptorum. eod. hisce versiculis:

Jura



Jura Patronatus transire facit novus heres,  
Res permutata, donatio venditioq.

Qui ostendunt illud transferri vel inter vivos, vel mortis causa.  
Inter vivos; Permutatione, Donatione, Venditione.

44 Permutatione; modo illa fiat cum alia re spirituali, puta cum dno  
Jure Patronatus; c. ad questiones. 6. d. ver. permut. aut Decimarum; c. 1.  
un. eod. in 6. Canis. com. ad Decretal. ad c. quoniam. 3. & alios. hoc tit. num.  
19. Est enim, ut supra dictum; Jus Patronatus spirituale ratione Ec-  
clesiæ, cui adheret. Jam de spiritualibus ad temporalia improbat  
permutatio. c. ult. eod. Ratio; quia dare spirituale pro temporali, aut  
contra temporale pro spirituali, est Simonia, quæ est maximum pecca-  
tum. c. tanta est labes. 7. c. querelam. 15. de Simonia.

45 Donationis aut legati titulo transit, modo, si legetur vel donec  
Laico, adsit, vel ex intervallo accedat consensus Episcopi; qui non  
quiritur, si Ecclesiæ vel loco pio donecetur. c. nullus. 17. & ibi Gl. in  
Dd. c. illud. 8. c. quod autem. 1. c. ex insinuatione. 14. c. praterea. 23. hoc tit.  
c. un. eod. in 6. Campan. in diversor. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. hoc  
decis. 576. part. 2. recent. Piafec. in praxi Episc. lib. 2. cap. 5. art. 1. num.  
36. Maurize in select. Jur. Canon. hoc tit. Roch. verb. pro eo quod. num. 1.  
num. 3. & qu. 3. à num. 6. Zaf. comm. in Decret. ad h. tit. num. 14. con-  
seq. Canis. d. loco, num. 18. Ratio diversitatis est: Quod Laici magis  
gravent Ecclesias, quam Clerici: can. Laicus. can. Laici. 1. q. 2.  
quodque Clerici, si excefferint terminos, facilius competiti possunt,  
quam Laici. Vallens. in parat. Decret. ad h. t. §. 4. num. 3.

Nec etiam Episcopi consensu opus in donatione, quam facit Patro-  
nus cum Patrono suo; Piafec. d. loc. num. 9. vers. descendentes. Zaf. in  
in praxi Episc. part. 1. verb. Jus Patronatus. §. 2. vers. secundum dubium.  
Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 20. qu. 6. Omnino in ea quam facit  
hujus filio. Calderin. Pereira de resolut. emphyt. cap. 8. num. 3. & de pamp.  
elig. cap. 1. num. 24. Barbof. d. loc. num. 250.

46 Denique transfertur Jus Patronatus inter vivos venditione Univer-  
sitarum, cui illud jus cohæret. c. ex literis. 7. h. t. Quia universitas prae-  
paliter venditur, Jus verò patronatus cum universitate tantum accedit.

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. I.  
32



rie. Multa enim sunt in consequentiam, quae fieri non possunt principalier. l. 1. ff. de auct. tutor. l. in modicis. 24. ff. de contrah. emt. vend. l. quadam. 62. ff. de acquir. rer. dom. Abb. in d. c. ex literis. num. 1. & 10.

Quare si Patronatus Jus in venditione universitatis est expressum, 47 non transit cum ea, quia venditum non est tanquam accessorium, sed tanquam principale, & ideo venditio, quoad Jus Patronatus, est irrita. c. de Jure. 16. h. v. Vide Roch. d. tr. verb. Ipse vel Is. qu. 25. Sanch. in prae. Decalogi. tom. 1. lib. 2. cap. 19. sub num. 12. Barbosa. d. loc. num. 241. cum seqq.

Sic etiam non transfertur Jus Patronatus per venditionem universitatis, cum illud specificè est exceptum. d. c. ex literis. Gloss. in c. cum seculum. 13. in voce Emptorum. eod. Garc. part. 5. cap. 9. num. 11. cum seqq. Vallens. d. loc. num. 1. Quia pacta contractui adjecta sunt servanda. l. c. in princ. ff. de pact.

Universitatis nomine veniunt, hereditas, bonorum possessio, 148 item veniunt. 21. §. ait Senatus. in fin. ff. de petit. heredit. l. 1. ff. quor. bonor. civitas, pagus, castrum, praedium, l. cum fundus. 10. in fin. ff. de legat. 2. adde. l. si mercedem. 55. §. 1. ff. de act. empti. in quibus Ecclesia Patronata continetur; quae si in alium conferantur, & Jus Patronatus illis inhærens una transfertur. arg. d. l. cum fundus. l. in modicis. 24. in fin. ff. de contr. empt. Casif. in Jur. Canon. sum. lib. 2. tit. de Institut. §. universitatis. 8. & in comment. adhunc tit. & c. quoniam. num. 20. Vid. Roch. d. tract. verb. Ipse vel Is. qu. 22. num. 40. Lambert. d. tract. part. 2. lib. 1. qu. 5. art. 15. Campan. d. rub. 11. cap. 13. num. 361.

Licet in creditore universitatis oppignorata aliud obtineat. c. cum Bertoldus. 18. de sent. & re judic. Casif. utroq. d. loco. Vallens. d. loco. Cumin cum nec transeat utile dominium, nec ullum commodum rei. l. 1. & 2. Cod. de pignor. act.

Quod, quia transit in conductorem universitatis per longum tempus, l. 1. §. 3. ff. de superf. juxta. l. fin. Cod. de prescript. longi temp. dicendum & transire Jus Patronatus. Casif. d. can. num. 23. Vallens. d. loc. num. 2.

Dubium est, an publicatis ob delictum Patroni bonis, Jus Patronatus transeat ad fiscum una cum iis. Distinguendum: Aut Jus illud bonis



bonis publicatis fuit annexum: Aut personale & de per se principale distinctum. Illo casu transit ad fiscum: *ex d. c. ex literis. & d. c. cum seculum. Gloss. in can. filius. 16. qu. 7. Giga tract. de crim. Lesse Majest. qu. 4. num. 6. Delphin. d. d. rubr. de penis committent. crim. lesse Majest. qu. 4. num. 6. Delphin. d. d. rubr. lib. 2. num. 220. Costa in c. si pater. de testam. verb. Patronatus [su. num. 7]. Non hoc: & remanebit apud delinquentem, donec per Judicem Ecclesiasticum, eo, tanquam indignus per sententiam privetur. *d. Gloss. & Gloss. in Clem. Pastoralis. verb. substantia. de re judic. Giga d. loco. Quo facto si jus patronatus est Gentilitium, transibit ad Gentiles, juxta dispositionem Fundatoris; Si hereditarium, evanescet & Ecclesia manet libera. Eo non facto transibit ad heredem condemnati. *Aut. de hereditate. Cod. de donat. int. vir. & uxorem. Garcias d. loco, an. num. 26. p. Salic. gun. in c. quanto. de judic. an. num. 27. Vide & Barbof. d. loc. num. 239. Zaf. d. loc. num. 26.***

50 Mortis causa transfertur Jus Patronatus successione jure, *con considerandum. 16. qu. 7. c. quoniam. 3. hoc tit. in heredes c. significat. 41. de testib. Clem. ult. hoc tit. non tantum sanguine junctos, can. filius. 31. d. caus. & qu. sed & ex testamento in extraneos, d. c. quoniam. Gloss. in d. can. pie mentis. Butr. ad d. c. cum seculum. num. 14. sive masculinos, sive foeminas, Rochus d. verbo. Ipse vel is. qu. 6. Lambertim. d. 2. part. d. 1. qu. 2. art. 14. Garcias d. loco, num. 143. Canif. in comment. hoc tit. d. 1. & seqq. num. 3. & 4. sive adultos, sive pupillos; idque mos ante hereditate, etiam ante possessionem captam; *Vallens. d. loco, num. 4. nec tantum pro portione hereditaria, sed ad singulos in solidum; c. 1. hoc tit. cum jus istud, ut supra diximus, sit individuum. d. c. 1. Unde & transit in stirpes, non in capita. Clem. 2. h. tit. Zaf. d. loc. num. 27. Canif. d. loco, num. 11. Vallens. d. loc. num. 5.**

Non est itaque dubium transire hoc jus ad quemcunque heredem, cum bonorum universitate: *d. c. ex literis. 7. hoc tit. cui adhaeret tanquam accessorium. Zaf. d. loco.*

51 Est dubium, an transeat in fideicommissarium universalem. Communis sententia est, *teste Rocho in d. verb. Ipse vel is. qu. 9. num. 27. Gomez. 1. var. resolut. cap. 5. num. 29. vid. Garc. d. loco, num. 17. & Facchin. eam approbante, lib. 10. contrav. cap. 94. quod non; arg. l. quia permissa. 4. §.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV  
32



42. §. restituta. ff. ad SC. Trebell. & l. si quis. 33. ff. de relig. & sumpt. funer. Quæ & vera. *Canis. d. loc. num. 6.* Quia cum hæres quartam Trebellianicam, quam retinet, detrahere non possit, nisi prius omnium bonorum hereditarium æstimatione facta, §. 6. & passim *Instit. de fideicom. hered.* & jus patronatus non veniat in æstimationem, c. 16. §. un. hoc tit. fit ut contra hæredem, qui semel per additionem sibi acquisivit hereditatem totam, non possit fideicommissarius agere ultra tres partes hereditatis æstimabiles; nec consequenter ad Jus Patronatus; ut scribit *Lambert. d. lib. 1. part. 2. qu. 35. art. 2. vers. Ego magis clare dicerem. & ex eo Canis. d. loco & num.*

Videndum nunc quis in causa Juris Patronatus Judex sit competens, Laicus, an Ecclesiasticus. Videtur dicendum Laicus. 1. Quia competit Laico, & quidem Jure proprio, tanquam fundatori, dotatori vel constructori: *d. c. quoniam. 3. & c. cum dilectus. 28. hoc tit.* 2. Quia videtur jus esse non spirituale, cum acquiratur, contra c. 1. de præbend. jure hereditario; *can. considerandum. 35. can. si plures. 36. caus. 16. qu. 7. d. c. quoniam. 3. c. significavit. 41. de testib. & attest.* sed temporale. Non tamen dubitandum causam Juris Patronatus pertinere ad Judicem Ecclesiasticum. Quia jus illud, ut & supra dictum, conjunctum atque connexum est spiritualibus. *c. quanto. 3. de Judic. c. de Jure. 16. hoc tit.* Connexa enim judicantur, sicut ea quibus connectuntur, eandemque ex connexione & cohesione assument naturam. *l. quæ religiosis. 43. ff. de rei vind. l. arbor. 19. in princ. ff. communi divid.* Quæ admodum igitur de causis & negotiis spiritualibus seu Ecclesiasticis tantum judicare possunt personæ Ecclesiasticæ, *c. decernimus. 2. de judic.* ita etiam personæ eadem tantum judicare possunt de causa Patronatus. Nec rationes in contrarium adductæ merentur refutationem.

Sed quæ diximus obtinent, quando de ipso Patronatus Jure controversatur: non quando de ejus possessione, vera vel quasi; De hac enim *secund. Covarruv. præf. quæst. cap. 35. num. 1. vers. secunda conclus. & D. quos alleg. & Tessaur. decis. 82. num. 1. Gail. lib. 1. obs. 38. num. 8. Mysing. cent. 2. obs. 67. num. 2. cum seqq. aliisq.* cognoscere potest Judex secularis. Est enim possessorium temporale quid. Et possessori-



um nihil habet commune cum proprietate. *Aliter Abb. qui consalia*  
*c. literas. 2. num. 6. de juram. calum.*

Quod non tantum procedit in retinenda & recuperanda posses-  
 onis Interdicto, sed & adipiscenda: *Grammat. decis. 78. & Tessaur. d. de*  
*cif. 82. num. 2.* siquidem hoc proprietatis causam non habet adma-  
 tam: ut *Salvianum, tit. ff. de interd. Salviano. & §. adipiscenda. 3. cor.*  
*Interdictum quog. Insti. de interd. Quod Legatorum; l. 1. §. 1. de*  
*tem. 1. cum seq. ff. Quod Legator. & simile: Alias non. c. num. 3. de*  
*cognit. c. lator. §. qui filii sint legit. Ungepauer. in com. ad Decret. ad l. 1.*

54 Quia in dubio Ecclesia à Patronatus Jure, (quod est quædam Ec-  
 clesia servitus *Abb. ad d. c. quoniam. num. 9.*) præsumitur libera: *L. 1.*  
*titius. 8. ubi Gloss. Cod. de servitut. & præsumptioni tamdiu statur, donec*  
*probetur contrarium; l. fin. in princ. ff. quod met. caus. C. ad lib. 2. p. 1.*  
*obs. 128. num. 12. est Judicis in modos, quibus illud Actor probare*  
*diligenter inquirere.*

Descendunt illi cum ex dispositione Juris communis, tum et  
 Concilio Tridentino *sess. 25. de reform. cap. 9. Leo in Theatro fori Eccl.*  
*part. 2. cap. 6. num. 2.* Quod, dicto loco, sic loquitur: *Sicut legimus*  
*Patronorum jura tollere, pia sç. fidelium voluntates in eorum ipsorum*  
*violare, æquum non est; sic etiam, ut hoc colore beneficia Ecclesiasticæ ser-*  
*vitutem, quæ à multis imprudenter fit, redigantur, non est permittendum.*  
*Ideo decrevit Sancta Synodus, ut titulus Juris patronatus sic ex fundatione,*  
*vel dotatione, & aliis à jure requisitis ostendatur.*

55 Primus ergo Jus Patronatus probandi modus est, *secundum d. Con-*  
*cil. d. loco per documenta authentica foundationis, vel dotationis; non*  
*privilegii, aut alterius qualitatis, vel accidentis extrinsece advenientis*  
*ut collig. Cassad. decis. 7. de jure patron. Campan. d. tract. rubr. 11. cap. 13.*  
*num. 105. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 3. all. g. 72. num. 21.*

56 Authentica documenta, hic sunt scripturæ publicæ, quibus ceteris  
 tur sine alio adminiculo, vel jure, aut consuetudine speciali. *c. cum dila-*  
*ctus. de fide instrum. Innoc. in c. 1. num. 2. eod. & Bart. in l. si quis. in req.*  
*§. si initium. num. 5. ff. de edendo.*

Quæ tamen, ut S. Congregatio censuit, requiruntur tantum pro  
 fac-

Corvinus  
 De Personis  
 et Beneficiis Ecclesiasticis

G I V  
 32



forma. *Rota decis. noviss. 199. num. 4. par. 2. Leo d. loco, num. 2. Barbof. d. loc. num. 68.*

Modus secundus est per *Multiplicationem presentationum*, ad mi-  
 nus duarum, *Riccus in praxi. resol. 127. Campan. cap. 13. num. 425. aut*  
*num. 1. Zypaus in Anal. Jur. Pontif. novi. h. t. num. 5. vid. Barbof. in re-*  
*miss. ad d. cap. 9. Conc. per antiquissimum temporis cursum qui homi-*  
*nium memoriam excedat: Concil. d. loco. Mascard. de probat. concl. 103,*  
*num. 9. Leo d. loco, num. 3. Barbof. d. loc. num. 69. Zypaus in Anal. Enar-*  
*rat. Jur. Pontif. novi. hoc tit. num. 5. seu annorum centum lapsum,*  
*Marc. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 80. num. 11. Leo d. loc. num. 5. etiam si*  
*fundationis vel dotationis nullum ostendatur instrumentum; nec ea-*  
*rum ulla appareat mentio facta in presentationibus. Riccus in praxi ver-*  
*forens. resol. 127. num. 1. Leo d. loco. Barbof. d. loco. Zypaus d. loco alleg-*  
*S. Congreg. Conc. 23. Junii Ann. 1594. modo hæc saltem per annos quin-*  
*quaginta effectum fuerint fortiter S. Congr. Conc. 25. Octob. 1594. Zyp-*  
*aus d. loco. vid. Leo d. loco, num. 5.*

Immemorabilis quoque usus ad diem motæ litis relatus, ex *Congr. 58*  
*Conc. apud Piafec. post Gonzal. ad reg. 8. Conc. Gloss. 18. verb. presentat.*  
*in part. 2. cap. 5. num. 7. Ricc. d. loc. vice tituli est: Rota decis. 254. d.*  
*num. 10. lib. 3. part. 3. divers. & decis. 312. num. 4. part. 1. rec. unde sal-*  
*tem præsumitur jus ex fundatione; licet hoc non appareat; nisi constet*  
*de principio invalido. Gonzal. d. Gloss. 18. num. 48. Piafec. d. cap. 5.*  
*num. 7. vers. non tamen. Ricc. de noviss. probat. Jur. Patrôn. resol. 47. Ro-*  
*ta decis. 548. num. 2. part. 2. recent. Zypaus d. loco, num. 6.*

Et hæc si contra Ecclesiam agatur: & tantum in quibus præsumi-  
 tur usurpatio; alioqui manent termini juris communis. *Riccus supra*  
*decis. 145. Zyp. d. loco.*

Ceterum si constet eam esse patronatam, controversatur verò in-  
 ter aliquos, quis eorum sit Patronus, non servabitur iste Rigor; ut *decis.*  
*ref. Piafec. ubi supra.* Quippe cum hic esset Decreti ratio, ne scilicet  
 Ecclesiæ liberæ redigantur in servitutem & clientelam, præsertim sæcu-  
 larium. Non hic ergo præsentationum continuatio erit pro forma, ut  
 in aliis, *Riccus ubi sup. decis. 147. & 148.* sed sufficet qualis qualis ad-  
 versarii melior probatio. *Zypaus d. loco. vid. Barbof. d. loc. num. 103.*



- 59 Tertius modus est; Per *Præsentandi* possessionem quadragenariam, sed effectum fortitam, & cum qua concurrat vox & fama publica, alteræ præsumptiones vim famæ habentes. *Cassad. decis. 3. num. 4. cum seq. de probat. Mantica decis. 318. num. 5. Seraphin. decis. 1103. in fin. & decis. 1141. num. 6.* Nec enim hic fama sola, licet alias ad variorum iurum probationem plurimum possit; *Freherus tract. de fama publica lib. 2. cap. 4. num. 1. & 3.* quoad plenam probationem, *Mantic. decis. 318. sub num. 5.* sufficit. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 310. num. 10. Riccius in d. praxi ver. forens. resolut. 130. Barbof. d. loc. num. 85. cum seq.*
- 60 Quartus modus est: Per *Emunitivas* Ordinariorum, sed directorum, *Rota decis. 388. num. 1. part. 1. & decis. 289. num. 1. part. 2. d. vers. non suspectorum & interesse habentium; Rota decis. 405. num. 2. part. 1. rec. antiquas, hominum memoriam excedentes; Garc. d. cap. 9. num. 88. cum multis seqq. Rota decis. 224. num. 4. & 5. part. 1. rec. saltem duas; Rota decis. 160. num. 6. & decis. 169. num. 2. part. 1. recent. & decis. 170. num. 3. part. 2. recent. diversorum Notariorum instrumentis comprehensas. Achilles decis. 8. num. 2. de Jure patronat. Rota decis. 518. num. 2. & 3. part. 1. recent. Barbof. d. loc. num. 91. & 92.*
- 61 Quintus; Per *insignia* alicujus familiae sculpra in Ecclesia, *Rota in c. cum Ecclesia. num. 37. de caus. poss. Lambert. d. tract. & lib. 3. cap. 4. art. 4. num. 2. Riccius in d. tract. de noviss. probat. Jur. patron. resolut. 131. d. d. adminiculis aliis concurrentibus. Seraphin. decis. 552. num. 2. & decis. 1141. num. 7. Barbof. d. loco, num. 93. & 94.*
- 62 Sextus; Per alicujus familiae *denominationem* capelle, *Rota decis. 694. num. 6. part. 2. recent. Epitaphia, Lambert. d. tract. lib. 2. art. 4. qu. 10. Mascard. de probat. concl. 958. num. 18. inscriptionem antiquissimam in marmoribus, lapidibus, vel lignis positam in Ecclesia & locis publicis. Menoch. de presumpt. lib. 6. præf. 73. num. 7. Riccius in d. praxi resolut. 125. num. 3. in fin. Garc. d. loc. num. 91.*
- 63 Septimus; Per *sententiam* Episcopi, sed antiquam; *Putan. decis. 237. lib. 2. in correct. Ricc. d. loco. resolut. 125. & in d. tract. resolut. 237. num. 1. Ciardin. contrav. forens. cap. 57. & 58. num. 5. & cap. 107. num. 88. puta quinquaginta annos excedentem. Gratian. discept. forens. cap. 310. ex n. 90. Campan. d. divers. rubr. cap. 13. num. 421. Ciardin. d. cap. 57. n. 7.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G I V  
32



Octavus; Per Antistitum *litteras Institutionales*, attestantes bene-64  
ficium ad præsentationem alicujus Patroni pertinere. *Flam. Paris. dere-*  
*gnat. benef. lib. 8. qu. 11. num. 38. Marc. Antonin. var. resolut. lib. 2. re-*  
*solut. 80. num. 1. Riccius d. tract. resol. 22. Barbosa d. loco, num. 98.*

Qui modi probandi procedant in privatis & iis omnibus per quos 65  
Jus Patronatus non præsumitur esse usurpatum, ut sunt per excellentiam  
Imperator, Reges alique Principes Supremi. *d. Conc. d. loco.* Ab iis  
qui præsumuntur per usurpationem illud acquisivisse, requiritur pleni-  
or & exactior probatio ad docendum titulum. *Concil. Trid. d. sess. & cap.*

Usurpatio præsumitur, *sec. S. Congreg. test. Gonzal. d. Gloss. 18. 66*  
*num. 66.* in Dominis Civitatum, Castrorum & locorum, Ducibus;  
Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & aliis quibuscunque Dominis  
perpetuam Jurisdictionem habentibus. Nec non Universitatibus seu  
Communitatibus, *Concil. d. loc. etiam Parochianorum, Zerula in d.*  
*praxi Episc. part. 1. verb. Jus Patronatus. vers. ad tertium. Cavalcan. de*  
*vis. 17. num. 7. part. 2. Gonzal. d. Gloss. 18. num. 63. Riccius in prax. re-*  
*sol. 131. & in d. tract. resol. 82. & 108. Garc. d. loco. num. 102. etiam par-*  
*vis. Garc. d. loco. & num. Ricc. in prax. res. 135. in tract. resol. 101. Non*  
*tamen confraternitatibus. Utpote constantibus tantum ex personis*  
*privatis pietatem colentibus. Innoc. in c. dilecta. num. 9. & ibi Cardin.*  
*num. 7. de excessib. Prel. Alex. cons. 102. num. 2. vers. confirmatur. num.*  
*7. Barbof. d. loco. num. 149.*

Post hætenus dicta sequitur Juris Patronatus *amisso*, ultimum co-  
mumque in prædicto jure considerantur.

Amititur vel propter *delictum*, vel propter *causas alias.* 67

Propter *dilectum*; I. Si Patronus factus sit hæreticus, vel Crimen  
Læse Majestatis commiserit: *c. vergentis. 10. de hæretic. Auth. Gazaros.*  
*Cod. de hæret. & Manich.* Istorum sit receptator, defensor; Sit apostata,  
in excommunicatione majore maneat per annum; Quia tum habe-  
tur pro hæretico. *Marescot. var. lib. 1. cap. 83. num. 13. & 14. Monet. de*  
*commut. ult. volunt. cap. 11. num. 158. cum seqq. Vivian. in praxi Juris*  
*Patronat. lib. 15. cap. 2. num. 6.* Et tum Jus Patronatus infertur fisco:  
*d. c. vergentis. 10. Vallens. in parat. ad h. tit. §. 7. num. 2.* II. Si Recto-  
rum vel Clericum alium Ecclesiæ per se vel per alios occiderit, aut muti-  
lare



- lare præsumperit: *c. in quibusdam. 12. c. ad aures. de penis. Vivian. d. lib. 15. cap. 2. num. 9.* citra necessariam sui defensionem: *Vivian. d. lib. 15. cap. 2. num. 9.* Et tum cedit Jus Patronatus Ecclesiæ cui injuria est illata: *Vallenf. d. loc. num. 1.* III. Si Jurisdictiones, bona, census, & Ecclesiæ jura quæcumque arte aut colore quæsito sibi Patronus usurpet: *Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 11.* Quia ipso jure est excommunicatus; notum à Summo Pontifice absolvendus: *Vallenf. d. loc. num. 3. Leo in Theol. Jus. Eccl. d. part. capit. 21. num. 31. Gall. in Margarita casuum conf. verb. Jus Patronatus. num. pen. Barbosa d. loc. num. 262.* IV. Si Jurisdictionis, aut alio quocunque titulo, contra sanctiones canonicas, vel in alium transferre præsumperit: *c. quia Clerici. 6. hoc tit. Quæ ex decreto Concilii Tridentini. d. sess. 25. de reformat. cap. 9.* excommunicationis & interdicti penis subicitur: Et eo casu Ecclesiæ redit ad libertatem: *Piasce. 2. part. cap. 5. art. 11. num. 37. Vallenf. d. loco. num. 4.*
- 68 *Amittitur etiam modis aliis Jus Patronatus:* 1. Ut destructione Ecclesiæ; si videlicet sacræ ædes consumptæ fuerint incendio: aut rito suo, aut terra motu corruerint: *arg. §. finitur. 3. Inst. de usufr. l. 1. §. rei mutatione. 2. ff. Quib. mod. usufr. amitt. 2.* Si ejus reditu deficere patiatur Patronus: *Gregor. XV. decis. 405. num. 1. Vivian. libro 15. cap. 1. num. 1.* nec restituat: *Roche. ad verb. construct. p. 8. num. 12. Vivian. d. cap. 1. num. 3. & 4.* 3. Si Jus Patronatus præcipue bi patiatur: *Abb. conf. 106. col. pen. lib. 2. Vivian. d. cap. 1. num. 8. & 9. Vallenf. d. loc. num. 6.* 4. Si Jus suum Ecclesiæ cedat, vel Ecclesiæ Juris Patronatus sine reservatione juris sui patiatur fieri Collegiarum aut Monasterio conferri: *c. nobis. ubi Gloss. verb. Capellæ. hoc tit. Masson. de praxi habendi concursum. prælud. 7. dub. 5. num. 5. & prælud. 2. dub. 3. Vivian. d. cap. 1. num. 12.*
- His addantur ea quæ in præcedentibus de Juris Patronatus translatione in alios diximus in Jure nostro Canon. per *Aphorism. exp. tract. nostro de person. Ecclesiast. & supra tit. 4. hoc lib.*
- 69 Ad instar Juris Patronatus ex eo nata est Regalia;  
*Mare pulchra filia pulchrior.*
- 70 Verum in conditionibus Belgicis non habet locum teste *Zypco d. loco. num. fin.* quem sequitur *Vallenf. d. loc. num. fin.*

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiæ

G I V  
32



## TITULUS X.

## De Coniunctione, seu Unione.

## SUMMARI A.

1. Continuatio.
2. Unio quid.
3. Unde dicta.
4. Ejus species.
5. Quae Perpetua.
6. Quae Temporalis.
7. Extincto tempore dissolvitur.
8. Quae rursus Temporalis aut Perpetua.
9. In dubio censetur perpetua.
10. In favorem persona facta an valida.
11. Fit Unio, 1. Confusione duarum Ecclesiarum in unam.
12. Confusionem hanc quomodo appellat Justinianus.
13. Quomodo Papinianus.
14. Ejus effectus.
15. Secundo fit Unio :  
Cum ex duobus Ecclesiis connexis una sit superior. Et quis effectus.
16. Tertio fit Unio, cum neutra Ecclesia alteri subjicitur.
17. Ejus effectus.
18. Beneficia quando uniri possunt.
19. An Reservata.
20. An omnia.
21. Non qualitatem habent dissimilem.
22. Non Juris Patronatus Laici.
23. Non Ecclesie diversarum dioceseon.
24. Non Sedis vacantis.
25. Unionem non impedit  
[Kk] bene.



- beneficii conferendi re-  
servatio Papa.
26. *Quæ Beneficia uniat  
solus Papa.*
27. *Quæ Episcopus.*
28. *Quid, si Capitulum  
dissentiat.*
29. *Non potest unire men-  
sa sua aut capitulari.*
30. *Nec omnia sua dicece-  
seos.*
31. *Potest plura uni.*
32. *Ecclesiam exemptam  
exempta: non vero non  
exemptam exempta.*
33. *Archiepiscopus unire  
non potest in Dicecesi  
Suffraganei sui.*
34. *Quæ Legatus à latere  
est ubi.*
35. *Capitulum Sede va-  
cante.*
36. *An Episcopi Vicarius  
Generalis.*
37. *An Pralati Episcopo  
inferiores.*
38. *An Principes.*
39. *Non facienda nisi  
suadeant.*
40. *Suadere censetur, sine  
cessarium, si utile.*
41. *Quando necessarium.*
42. *Quando utile.*
43. *In unione ergo facien-  
da causa requiritur  
Cognitio.*
44. *Quæ præterea requiritur  
Regula 12. Cancellaria.*
45. *Quid, si unio fiat ex  
Superioris motu proprio.*
46. *Capituli consensus non  
necesse ut precedat.*
47. *Intervenisse quando  
presumatur.*
48. *Unionis per Papam  
factæ defectus ipse sup-  
plet.*
49. *Non in Gallia.*
50. *Quid hic decretum per  
Concilium Constantien-  
se.*
51. *Per Tridentinum.*

Corvino  
De Person  
et Benef. Ecc

G IV  
32



- 52. Interesse cuius intelligitur.
- 53. An Rectoris vel Possessoris Beneficii aut, si vacet, Defensoris?
- 54. An Patroni.
- 55. Quando ergo Unio facta, est invalida.
- 56. Quo casu sustinetur.
- 57. Ex falsa causa facta, quando ipso jure nulla.
- 58. Unio, cum sit odiosa, est probanda.
- 59. Quomodo.
- 60. Unio revocari non potest, qua sortita effectum.
- 61. Sortita illum censetur, si empti possessio: sec. reg. Cancellaria.
- 62. Quando hac cesset.
- 63. Dissolvere Uniones qui possint.
- 64. Ex quibus causis.
- 65. Qua tunc requirantur.
- 66. Dissolutionis effectus quis.

**P**ost insertam materiam de Jure Patronatus tractationem absolutam, consequens, ut de Beneficiorum Unione videamus; qua Beneficia acquiruntur nonnunquam.

Est *Ea* duorum, vel plurium Beneficiorum, aut Ecclesiarum, ab Episcopo, aut Superiore alio, facta connexio. *Caccialup. in trat. de Unionib. art. 1. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Unionib. Benefic. ex num. 1. Lancellot. Inst. Jur. Canon. lib. 2. tit. 19.*

Unde & dicta Unio ab uniendo, ex eo, quod plures Ecclesie conjunguntur in unum.

Ejus species sunt duae. *Perpetua*, vel *Temporalis*. *Rebuff. in praxi. tit. de union. num. 6. Lancell. in Instit. Jur. Canon. hoc. Ego. in Jure Canon. strictim Explic. hoc tit.*

*Perpetua*, quando ut perpetuo duret est expressum; *c. exposuisti. de prabend. ibi de Capellis in perpetuum annectendis. Rebuff. d. loc. num. 7. Hojed. de incompatibil. Benefic. part. 2. cap. 3. num. 1.* Vel ubi contemplatione

[Kk] 2 tione



tione Ecclesia, vel Dignitatis, vel ad perpetuam rei memoriam, vel beneplacitum Sedis Apostolicæ; est facta. Quia nec Ecclesia, nec Dignitas, nec Apostolica Sedes unquam moritur. *c. si gratios. de rescript. in 6. c. quando. de offic. deleg. Rebuff. d. loco. Barbosa. Jur. Eccles. in 1. d. 3. cap. 16. num. 3. Dartis tract. de benef. sect. 6. cap. 7. vers. sunt autem.*

6 *Temporalis* est, in qua tempus est expressum; vel quæ non Ecclesiæ vel beneficii contemplatione, sed ad vitam alicujus est facta.

7 Ea, tempore ad quod concessa, elapso, vel extincto eo ad cuius tant concessa, dissolvitur. *c. novit. i. vers. ne plus caruisse. Ne Sacerdote. c. quoniam. Abbas de offic. deleg. Rebuff. d. tit. num. 9. & 10. Hysal. eod. num. 1.*

8 *Temporalis* etiam Unio censetur, quæ facta ad Beneplacitum Imperatoris Perpetua quæ ad Beneplacitum Sedis Apostolicæ. *d. c. si gratios. cum ibi notat. de rescript. in 6. Perus. tract. de unione. cap. ult. Cunct. in 1. d. 7. lib. non. lib. 2. cap. 9. vers. unio quandoq.*

9 In dubio præsumitur unio facta in perpetuum. *d. c. novit. c. assisti. de testam. Rebuff. & Hojed. dict. locis. Barbosa d. loc. num. 4.*

10 *Temporalis* Unio in favorem personæ facta reprobari solet, maxime in Galliis, ubi reservationes sunt sublata. Nam si postea unio beneficium in favorem certæ personæ, reipsa reservaretur beneficium, sic quod prohiberetur via unâ, permitteretur aliâ; quod est absurdum. *Gloss. in c. fin. in fin. verb. exemptis. de election. & reservationibus. in Prolog. Sanct. Dartis d. loc. vers. temporaria. in fin.*

Fit conjunctio seu Unio tribus potissimum modis. *Cl. in c. temporis. 16. qu. 1. verbo uniendo. & in d. c. novit. Rebuff. d. tit. num. 10. & in repetit. c. extirpanda. §. cui verò. de præbend. Dartis d. loc. vers. sunt autem. Duaren. tract. de benef. lib. 5. cap. 6.*

11 *Primus* est, quando Ecclesiæ duæ, in unum veluti corpus confunduntur & coalescunt, ita ut ex duabus fiat Ecclesiæ una; *cas. decimus. 47. ad fin. 16. qu. 1. unum ministerium, unumque beneficium, non verò duo dici possint.*

12 *Quam* confusionem Justinianus Imp. *Novel. 18. verbo Græco ἐνωσις*, alii vulgo unionem, verbum quasi verbo reddentes, sed non ita ut Laune, vocant.

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV  
32



Appellabitur itaque rectè Beneficium, huiusmodi accessione au-  
ctum & multiplicatum, non modò *Κωνσταντινου*, ut loquitur JCtus  
Pomponius, sed etiam *μικροσπον*. l. rerum mixtura. 30. in princ. ff. de usur-  
pat. & in suc. ap.

Operatur unio illa; 1. Ut statuta & privilegia data uni, compe-  
tant alteri; & si sunt contraria, conseruentur meliora & favorabiliora.  
*Perus. tract. de unionib. cap. 2. num. 3. Petr. Gregor. in Instit. rei Bene-  
fic. cap. 20. num. 15.* 2. Et ut Canonici qui sunt in una Ecclesia, sint  
quoque Canonici in alia. *Gloss. in can. & temporis. 16. qu. 1. Canonistae.  
in d. c. novit. Perus. d. tract. cap. 11. num. 6. & d. cap. 2. num. 3. Dantis  
d. loco, vers. tribus.* 3. Et sic Beneficia unius Ecclesiae censentur & ef-  
fic alterius. *Puteus decis. 432. lib. 1. in correct. Barbos. d. loco, num. 6.  
Garcias tract. de benefic. part. 12. cap. 10. num. 10. & 11.*

Secundus modus est; cum Ecclesiae ita conncctuntur, ut una sit  
superior & principalis, altera inferior & accessoria; Quo casu Ecclesia  
inferior Beneficii nomen amittit, tanquam per Unionem suppressum &  
extinctum, *Gloss. in c. per literas. verb. Ecclesias de prebend. in Clement.  
Dd. in c. cum accesserint. de constit. & induit nomen ejus Beneficii, cui  
unita est; & consequenter gaudet ejus privilegiis; c. recolectes. de statu  
Monachor. sed non amittit jura propria, quae transeunt in Ecclesiam, cui  
est unita: c. quia monasterium. de religios. domib. Nisi aliud in unione sit  
expressum. *Dantis d. loco, vers. secundus modus. circ. fin. Garc. d. loco,  
num. 12. cum seqq. Barbosa d. loco, num. 7. cum mult. seqq.**

Quo casu in inferiore constitui solet Vicarius, qui sacrum ministe-  
rium obeat. *c. extirpanda. 30. §. qui vero. de prebend. Dantis d. loco  
Duaren. de sacr. Eccles. Minist. lib. 5. cap. 6.*

Tertius modus est; cum neutra Ecclesia subijcitur alteri, sed am-  
bas suum titulum gradumque retinentibus idem Minister praeficitur.  
*c. 1. Ne Sede vacant. & ibi Gloss. & in can. Et tempus. 16. qu. 1.*

Et hoc casu, utriusque unus erit Episcopus vel Rector, utraque erit  
aeque principalis, fruaturque qualibet suis privilegiis, habebitque statu-  
ta sua; *Gloss. in d. can. & temporis. verbo unire. & d. c. 1. verb. ne uniendo.  
Rota decis. 114. num. 72. part. 2. divers. Garc. d. part. 12. cap. 2. num.  
37. Barbos. d. loco. num. 21.* nec tenebitur Rector, duas Ecclesias hoc  
modo



modo unitas habens, in altera constituere Vicarium perpetuum; utique enim, deservire tenetur æquè; sed tantum ad tempus, quo ipsi non servit. *Rebuff. in 1. part. praxi. benefic. hoc tit. & tit. de Vicario perpetuis. Barbosa de offic. Episc. part. 3. alleg. 54. num. 131. Dart. d. loco. tertius. in fine.*

18 Uniri possunt Ecclesiæ & Beneficia, antequam vacent & cum vacent. *Clem. si una. 2. de reb. Eccles. non alienand. Petr. Gregor. d. cap. num. 4.*

19 Sed in locis, in quibus non sunt sublata reservationes, Beneficium expresse reservatum, uniri non potest in expectantis prejudicium: Unio tamen facta valebit, sed non forietur effectum, nisi post expectantis mortem, *sec. Gloss. in c. licet. verb. impedit. de election. & referat. in Sanct. Pragm. Dart. d. loco. vers. possunt.*

20 Non omnium Beneficiorum fieri potest Unio vera. Patitur tantum, communi jure, Eam, quæ symbolum & qualitatem, inque convenire possunt, habent prope similem.

21 Sic ab Episcopo uniri non possunt Beneficia regularia Ecclesiæ Parochialibus; nec Ecclesiæ hæc cum Monasteriis, quibuscunque Abbatiis, Dignitatibus, Cathedralis Ecclesiæ vel Collegiæ Præbendis, aliisque beneficiis Simplicibus, Hospitalibus, Militiisve; *sec. Conc. Trident. sess. 24. cap. 13. & 15. de reformat. contra quam olim; de c. posuisti. c. extirpanda. §. qui verò. de præbend. Dart. d. loco. vers. præbendum. Barbosa d. loco. num. 33.* Ratio Concilii est; Ne in uno & communi officio sit professio dispar; juxta præceptum Dei; *Non erubescat bove & asino: id est, diversæ professionis homines non sociabuntur in officio uno: Deuter. cap. 22. vers. 10. can. in nova actione. 16. qu. 7. & qui sociantur, discrepare non debent professione & habitu. d. can. in nova.*

22 Nec ab Episcopis, uniri, aut Ecclesiis Collegiatis conjungi, vel eas converti possunt Beneficia Juris Patronatus Laici, citra Patronorum consensum; *Gloss. ad c. nobis. ad verba in capella. de jure patron. Rom. in can. 32. decernimus. 16. qu. 7.* Possunt Beneficia Juris Patronatus Ecclesiastici: *Petrus Gregor. in Inst. Rei benefic. cap. 20. num. 5. post Carolum Lup. in tract. de unionib. art. 3. num. 5.*

23 Prohibet etiam Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 9. ne eccles.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV  
32



fundantur dioceseon & Ecclesiarum parochialium termini seu limites: ne una & eadem Ecclesia fiat dioceseon diversarum cum subditorum gravi incommodo: ne Ecclesie parochiales, Vicarie perpetue, vel simplicia beneficia unius dioceseas conjugantur aut uniantur perpetuo beneficiis, monasteriis, aut locis piis, alterius dioceseas; etiam preteritu, augmenti cultus divini, aut ratione augendi beneficiatorum munerum; aut quolibet alio. Offenderetur enim ex eo jus commune generareturque *contra can. Ecclesias. 13. qu. 1. confusio. Petr. Gregor. d. loco. Davis d. loco. Cucch. Inst. Jur. Canon. lib. 2. tit. 9. de union. vers. statuit. Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 16. num. 32.*

Nec etiam Sede vacante, ejus beneficium uniri potest; unio si facta, revocatur. *c. 1. Ne Sede vacante.*

Unionem non impedit reservatio beneficii conferendi facta per 25 Papam. *Rota decis. 19. nota, quod reservatio in antiquo. Calderin. consil. ult. tit. de reb. Eccles. non alienand.* (Nisi ea sit perpetua; ut in prima dignitate post Pontificalem: *Garcias tract. de benef. part. 12. cap. 2. num. 92. Barbof. d. loco, num. 29. Hojed. de incompatibil. benef. part. 2. cap. 3. num. 7.*) Quia Unio concernit beneficii proprietatem, collatio Papae quae propter reservationem fit beneficii fructus. Ideoque tenet Unio, licet ejus effectus suspendatur pro tempore, quo confertur beneficium. *Petr. Gregor. d. loco, in fin. Abb. in c. sicut unire. de excess. Pralator. num. 7. & ibi Ancharan. num. 5. Cardinal. num. 3. quest. 3. Garcias d. part. 12. cap. 2. num. 91.*

Episcopatus unire potest solus Papa: *c. sicut unire. de excessib. 26 Pralator. c. quod translationem. de offic. Legati. can. & temporis. can. postquam hostilis. 16. qu. 1. cum similib. Duaren. d. loco. Petr. Gregor. d. loco, num. 6.* ut & alia Beneficia qualiacunque in alterius diocesi existentia; *Petr. de Perus. de unionib. cap. 4. num. 2. Rebuff. in prax. benef. tit. de unionib. benef. num. 23. cum in eis habeat potestatem plenam, cap. 2. de prebend. in 6. Clem. 1. ut lite pend. Garc. d. tract. & part. & cap. num. 60.* Non tamen censetur Jura Pontificia in iis beneficiis dioceseas Episcopo auferre. *Petr. Perus. d. tract. & cap. Cucchus d. loco, vers. unionis.*

Aliarum vero Ecclesiarum *evoris* & colligatio permittitur cujusque civitatis & dioceseas Episcopis, *d. c. sicut unire. modo collegii Ecclesi-*



clesiastici seu Capituli adhibeant consensum. *c. dudum. de reb. Eccles. in alien. in 6.* Nisi ut soli uniant, præscripserint. *Gloss. in d. Clemens. 2. de consensu. Dartis d. loco, vers. c. ceterarum.*

28 Capitulum si colligationi consentire sine justa causa nolit, compelli potest. *Archidiacon. Hostiens. aliqz. ad d. c. sicut unire. Barboz. d. loco, num. 43.*

29 Nisi velit Episcopus unire mensæ aut suæ, aut capitali. Quæ nequidem tunc unire potest cum consensu sui Capituli, nulla obstante consuetudine contraria, quæ ut corruptela reprobatur. *in Clem. 2. §. fin. de reb. Eccles. non alien.* Ut enim nemo seipsum instituere potest in ecclesiastico beneficio, *c. fin. de instit.* aut factum suum autoritate potest Oeconomus, *can. hic usus. in fin. 10. qu. 2.* aut tutor: *l. 1. d. pupillus. ff. de auct. tutor.* ita nec Episcopus potest sibi in factio proprio esse autor. *Gloss. in d. Clem. 2. §. fin. Alex. consil. 79. circa primum. vol. I. Petr. Gregor. d. loco, num. 6.*

30 Nec potest Episcopus unire omnia suæ dioceseos beneficia. *Card. adrad. consil. 262. num. 2.* Sic censuit teste Garcia *de benefic. part. 1. cap. 2. num. 63.* S. Congregatio Concilii *super sess. 23. de reform. cap. 1.* Concilium non decernit, ut omnia beneficia simplicia uniantur. *Sententia. sed aliquot, ideo unio facta omnium beneficiorum non valet, ut alia tenentur Congregatio.*

31 Quamvis plures Ecclesias & beneficia possit unire uni. *Card. adrad. art. 4. quest. 12. Garcia d. loco, num. 64.*

32 Potest etiam Episcopus Ecclesiam exemptam unire exemptæ, non verò non exemptam exemptæ. Tum enim Summi Pontificis debetur auctoritas, *not. in 1. fin. de confirm. utili vel inutili. Dartis d. loco, vers. excipitur etiam.* Fieret enim Episcopo præjudicium: cum per unionem videatur fieri alienatio. *d. c. fin. de reb. Eccles. alien. Petr. Gregor. d. loco, num. 9. in fin.*

33 Archiepiscopus unire potest in sua diocesi, non etiam in Suffraganei, nisi cum ejus consensu. *c. sicut. de excessib. Prælat. Petr. Gregor. d. loco, num. 6.* Quia non licet ei, nisi in casibus à Jure expressis, auctorem vel minuere Episcopalem auctoritatem. *c. 1. in fin. de foro compet. in 6. Dartis d. loco, vers. Archiepiscopus.*

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32



Legatus à latore, qui Episcopo est major, & potest omnia in sua<sup>34</sup>  
 provincia, quæ Episcopus in sua diocesi, c. 1. & 2. de offic. Legat. vid.  
 tract. nostr. de person. Eccles. eod. tit. potest ex causa rationabili & legi-  
 tima unire beneficia suæ provincie, sed non nisi ea quæ conferre po-  
 test. Rota decis. 459. in antiq. Abbas. in c. fin. de confirm. util. vel innu-  
 til. & ibi Dec. à num. 19. Abb. in c. sicut unire. num. 5. & 6. de excessib.  
 Pralat. Garc. d. loc. num. 65. post alios, quos allegat. Quæ illa sint vide  
 supra lib. 2. tit. 3. de offic. Legati Summi Pontificis.

In potestate uniendo succedit Capitulum Sede vacante. Caccia<sup>35</sup>  
 lup. art. 3. qu. 6. Rebuff. tit. de union. num. 36. Petr. Greg. d. loc. num.  
 8. Zerola. in praxi Episc. 1. part. verb. unio. §. 11. Garc. d. loco. num. 67.  
 dummodo ex beneficiis nihil depercat, quod ad jus pertineat Episco-  
 pale. sec. Lapum. Zabarell. Imol. ad Clem. 1. §. ad hoc. de statu Monachor.  
 fac. not. in c. un. de majorat. & obed. Petr. Gregor. d. loco. Barbof. d. l. num. 57.

Episcopi vicarius Generalis unire beneficia non potest, sine spe<sup>36</sup>  
 ciali mandato. Mar. Socin. in d. c. sicut unire. art. 3. num. 43. cum seqq.  
 Rebuff. d. tit. num. 37. Cuchus. lib. 2. Inst. Major. tit. 8. num. 106. Petr.  
 de Perus. d. tract. de union. c. 4. num. 32. etiamsi ei conferendi facultas  
 data sit cum clausula generali, Et ad omnia alia speciale mandatum re-  
 quiritur. Ea enim non extenditur ad expressis majora. c. qui ad agen-  
 dum. de procurat. in 6. Clem. 2. eod. Paris. conf. 4. num. 1. & 2. vol. 4.  
 Seroz. de Vicario Episcopi. lib. 2. qu. 115. Sanch. in precepta Decalogi,  
 tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 153. Diss. Mohedan. decis. 3. de offic. Vicarii.  
 Hieron. Gabriel. conf. 300. num. 3. lib. 1. Gambar. de offic. Legati lib. 5.  
 rubr. 1. num. 115.

Prelati Episcopo inferiores, etiamsi conferendi habeant facul-<sup>37</sup>  
 tatem, unire non possunt; nisi hoc eis competat vel ex privilegio, vel  
 præscriptione immemoriali, aut quadragenaria cum titulo: d. c. sicut  
 unire. & ibi Abbas. num. 3. & Alexand. de Nero in addit. & d. Clem. 1.  
 §. ad hoc. & ibi Gloss. verb. ordinarios. de statu Monachor. & ibi Imola.  
 num. 31. & Bonifac. num. 8. Gloss. in Clem. 2. verbo Episcopum. de reb. Ec-  
 clæs. non alienand. & ibi Imola num. 9. Bonifac. in princ. num. 12. vel jurif-  
 dictionem habeant Episcopalem. Abb. in d. c. sicut unire. num. 3. & ibi  
 Mar. Socin. sen. art. 3. num. 41. cum seq. Caccialup. d. qu. 7. Barbof. d.  
 lib.

[L1]



lib. 3. cap. 16. num. 59. Garc. d. loc. num. 72. Petr. Gregor. d. loc. num. 7. Davis d. loco vers. Abbates. Et sic censuit S. Congregatio sup. Concilii Tridentini. cap. 5. sess. 21. de reformat. & cap. 13. sess. 24.

38 Reges & Principes uniones facere non possunt, nisi consentiente Ecclesiastico Principe. Sic Hamburgensis & Bremensis Ecclesia a Ludovico Ludovici Pii filio, accepto Apostolicae Sedis mandato fuerit unita. *Chronicor. Slavov. lib. 1. cap. 5.*

39 Animadvertendum ita demum beneficiorum valere conjunctionem & esse efficacem, si fiat ex justa causa. Ut enim una Ecclesia vel Episcopatus, vel beneficium ex causa dividi potest in plures; *c. ad obedientiam. 1. de Eccles. can. multis. can. precipimus. 16. qu. 1. licet eorum rebus suadentibus plures conjungi possunt cum una. vid. Jus nup. Canon. per Aphorism. strictim explicat. hoc tit. Cum contrariorum eadem sit disciplina. Lancellot. Instit. jur. Canon. lib. 2. tit. 19. cod.*

40 Res hoc suadere censetur, si aut necessarium, aut utile. *c. expulsi. 33. §. si evidens. de prabend. & dignit. Rebuff. tit. hoc. num. 38. d. de benef. part. 2. cap. 2. num. 108. Barbosa. d. lib. & cap. num. 37.* Et enim à ratione valde alienum, & canonibus Pontificiis contrarium, ut absque gravi & causa & necessitate, duabus Ecclesiis praticiatur, aut aut duobus in Ecclesia fungatur muneribus: *c. cum non ignoret. ad ac multo magis ut duas Ecclesias ad unam redigendo, divinus cultus aliquod recipiat detrimentum. Duaren. d. loc. in fin.*

41 Necessarium est fieri unionem, 1. Si duae Ecclesiae, vel praebendae tenues sint adeo, ut ad victum duorum Rectorum non sufficiant, nisi aliud obstat. *can. unio. 10. qu. 3. can. postquam. 16. qu. 1. clem. in agro. §. ad hoc. de statu monachor. c. eam te. 4. in fin. de atat. & qual. ordin. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 1.* An sufficiant, Superiori relinquitur arbitrio. *Gloss. in Auth. praterca. Cod. Unde vir & Tur. Barbof. d. loco num. 38.* 2. Si propter hostium incursum & terrores, vel etiam crebras infestasque hospitationes, Ecclesia altera sit deserta et vel desolata. *d. can. postquam. c. 2. de relig. domib.*

42 Utile est; Si id locorum opportunitas, vel temporum qualitas exposcat; *can. & qualitas. can. postquam. 16. qu. 1. ut si Ecclesia adeo invicem vicina, ut facile unus Sacerdos sufficere possit omnibus;*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



*can. & temporis. 16. qu. 1. Si unius aut omnium populus sit oppidò factus infrequens. d. can. & temporis. Si propter fructuum tenuitatem ad beneficium procurandum non inveniatur Sacerdotes idonei. d. c. exposuisti. 1. ne Sede vacante. fac. can. unio. 10. qu. 3. Rebuff. d. tit. de union. num. 39. Si per unionem divinus augetur cultus. c. ex parte de consuet. Sanchez. in præcepta Decalogi. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 161. in fin.*

Ex quibus patet, in Unione faciendæ causæ requiri cognitionem. 43  
*Sanchez. d. loco.*

Præter eam Regula Cancellariæ 12. qua est de Unionibus; requi-44  
*ri duo.*

Primum; Ut beneficii, tam quod uniendum est, quam ejus, cui ut uniantur, postulatur, exprimatutur valor secundum æstimationem communem. Deinde, Utis à quo petitur Unio, committat ad partes, id est, ad locum in quo faciendæ Unio; quia in eo beneficia quæ sunt unienda, sunt sita, vocatis iis quorum interest: *d. Clem. 1. §. ad hæc. de statu Monach. Hoiedan. de incompatibil. benefic. part. 2. cap. 3. num. 9. vers. secundum quod. Garcia d. cap. 2. num. 23.*

Quæ tamen regula loqui tantum videtur in casu, quando petitur 45  
Unio: Sed aliquando ea fit ex certa Superioris scientia & motu proprio; & eo casu si fiat ab Episcopo, eadem solemnitas & diligens est adhibendus tractatus, qui in perpetuis desideratur concessionibus; *c. non licet. de reb. Eccles. alienand. vel non c. 1. dudum. eod. in 6.*

Proinde adhiberi debet Capituli consensus; *ut supra diximus. 46*  
Quem tamen sufficit postea accedere; *arg. text. c. cum vos. de his qua sunt à Præl. sin. cons. Cap. & c. curam. de Jure patron. Boer. decis. 345. num. 3. & 4. Rebuff. d. praxi benef. reg. 21. Cancellar. de union. Gloss. 15. num. 20. & seq. Garc. d. loc. num. 147. ita tamen ut Unio valeat, ut ex nunc, non ut ex tunc. Interpr. in d. c. dudum. 1. Dartis. d. loco vers. superest. in med.*

Consensum ejus intervenisse ex temporis præsumitur diuturnitate. 47  
*te. Garc. d. cap. num. 178. cum seqq. per Felin. in c. Albericus. num. 4. de testib. & in c. illud. num. 6. de præsumpt. & c. sicut. 29. & seq. de re judic.*



- 48 Unione per Papam factâ, si aliquid ex solemnibus fuerit omittitur, ipse ex certa scientia supplere potest defectum. *Dart. d. loc.*
- 49 Quod tamen non recipitur in Galliis; ubi, teste *Rebuffo d. loc.* ab unionibus sine causâ cognitione, à quocunque factis, appellatur tanquam ab abusu; solentque ea pronuciari nulla & irrita, temporis habitâ ratione nullâ; non enim potest abusus præscribi.
- 50 Quin etiam Concilio Constantiensi est decretum *sess. 24. cap. 1.* ut si uniones non fuerint ex veris & rationabilibus causis factæ, revocentur ad eorum quorum interest querelas; licet Apostolicæ Sedis auctoritate sint munitæ.
- 51 Concilio verò Tridentino *sess. 7. cap. 6. & sess. 24. cap. 23. & sess. 25. cap. 9.* jubetur ut causæ coram Ordinario verificentur, vocatis quorum interest; alioquin præsumantur obtentæ per subreptionem, sed additur, nisi declaraverit aliud Summus Pontifex.
- 52 Interest autem intelligitur præcipuè ipsius Episcopi: Quoniam ei auferitur in perpetuum jus conferendi Ecclesiam uniendam, vel tantam. *d. c. sicut unire. de excessib. Pralator.* Deinde Capituli; cuius, ut diximus, intervenire debet consensus: *Barbos. d. loco. num. 42. & alios ibi alleg.* Audiendæ quoque sunt quælibet persona Ecclesiastica, contradictionis emittentes vocem: *c. si quis Presbyterorum. de reb. Eccles. alien. vel non.* Imò & plebs ipsa; si causam justam Unionem impediendam allegat. *Rebuff. 1. d. praxi benefic. reg. 21. Cancell. hoc Gloss. II. num. 11. & 12. Hoieda d. part. 2. cap. 3. num. 9. Garc. d. cap. 2. num. 219. Barbos. d. loco num. 41. Dart. d. loco. vers. deinde inter alios non. Disti Dd. dd. locis. Boer. decis. 345. num. 4.*
- 53 Non requiritur consensus Rectoris aut possessoris beneficii, ut si vacet, illius Defensoris; sed potest Episcopus, eis non citatis, facere unionem. *Clem. 2. de reb. Eccles. non alien. Rebuff. d. Gloss. II. num. 8. Hoiedan. d. cap. 3. num. 9. vers. sed utrum. Cochier. in reg. 22. Cancell. de union. num. 28. Garc. d. cap. 2. num. 214. cum seq.* Fit etiam ea sine eorum præiudicio; *Dart. d. loco. vers. ult.* Eo quod unio illa non sortitura effectum, donec ipse morte vel modo alio dimiserit beneficium. *c. consultationibus. 4. de donation.* Nec considerandum multum unionem impedire, nè possessor, &c. cum alio permittatur.

Corvinu  
De Person  
er Benefic. Eccel

G IV  
32



vel in gratiam alterius, beneficio renunciare queat; proptereaque generare ei videatur præjudicium: quia hoc consideratione non dignum: Quippe cum permutatio & resignatio illa, à Superioris pendeant voluntate, & beneficia comparandi modi sint extraordinarii, cedere illud præjudicium debet utilitati communi. *Rebuff. d. Gloss. 11. num. 9. & 10. Hojedan. d. cap. 3. num. 9. Azor. Inst. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 11. Barbof. d. loc. num. 41.*

Omninò requiritur consensus Patroni sive Ecclesiastici, sive Lai-  
ci; ac Inferioris Collatoris & Electorum, *d. Clem. un. §. ad hæc. de statu Monach. Concil. Trident. d. sess. 24. de reformat. cap. 15. Boer. decis. 345. num. 4. Barbof. d. loc. num. 44.*

Invalida ergò erit Unio: 1. Si non citati ii, quorum interest: 5  
2. Si non præmissa causæ cognitio: 3. Si beneficii uniendo valor non expressus. *Barbof. d. loco num. 51. per ante dicta.*

Sustinenda, donec probeatur contrarium, videtur Unio, si Uniens  
dicat se causæ adhibuisse cognitionem, & solemnitates requisitas, causasque reperisse veras: etiamsi processerit parte non vocata; *Garcias d. cap. 2. num. 121. 261. Barbof. d. loco num. 51.*

Ex falsa causâ facta servatis cæteris solemnitatibus, si Unio ab  
Ordinario; non, ut volunt aliqui *Abb. in d. c. sicut unire. num. & conf. 107. num. 7. vol. 1. Boer. d. decis. 345. num. 1. in fin. Hojedan. d. cap. 3. à num. 16. d. Garcias post alios d. loco num. 113.* est ipso jure nulla, sed irritanda venit ope exceptionis: *Mar. Socin. sen. in d. c. sicut unire. art. ult. qu. 2. num. 144. Rebuff. d. reg. 21. Gloss. 5. in fin. & Gloss. 6. cas. 2. Rota decis. 168. nota quod falsitas causæ. in antiq. Petr. Gregor. d. loco. num. 13.* est si facta à Summo Pontifice: *Millis in repertor. verb. unio. num. 6. in princ. Rebuff. d. reg. 21. d. tit. Gloss. 5. in fin. Bellam. decis. 617. Cassad. decis. 1. in fin. de union. etiam mortu proprio. Cardin. conf. 96. Socin. sen. conf. 1. num. 7. vol. 3. Felin. in c. ad aures. de rescript. num. 9. vers. & pulchre. & in c. causam. num. 3. de testib. aliique alleg. per Garc. d. loco num. 116. Sanchez. d. cap. 29. num. 176.* Quia semper in Pontificis rescriptis intelligitur clausula; *Si preces veritate mirantur. c. 2. de rescript.*

Ex hæcenus dictis patet Unionem esse quid facti & odiosam, non  
[L1] 3 ergò



ergò præsumendam, sed probandam esse ab eo qui factam esse assertor. 23. *Cod. de probat. Oldrad. conf. 261. Dec. conf. 275. Durr. d. loc. in fin. Mascard. de probat. concl. 1418. num. 1. & 2. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 80. num. 1. Garc. d. loc. 224.*

59 Probatur: 1. Per Unionis instrumentum, seu litteras: *Mascard. concl. 587. num. 1. Zerola d. prax. Episc. part. 1. verbo, unio. §. 1. cit. per Garciam d. loco num. 226.* 2. Per tempus immemoriale: *Garc. d. loc. num. 231. per Dd. ibi alleg.* 3. Per instrumentorum antiquorum, ad minimum duorum verba enuntiativa, procedentia ab utroque qui unionem facere poterant: *Mantic. decis. 355. num. 6. decis. 353. num. 7. Barbof. d. loco num. 62. post Garc. d. loc. num. 248. cum seqq.* 4. Per testes de publica voce & fama. *Rota decis. 626. num. 4. part. 1. & decis. 724. num. 4. parte 2. recent. Ferentill. in annot. ad decis. 660. num. 7. Barbof. d. loco num. 65.* 5. Per dismembrationem: quæ præsupponit Unionem, *Oldrad. conf. 296. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Canc. Gloss. 53. Barbof. d. loco num. 64.*

60 Unio ut subsistat, nec revocari possit, debet secundum regulam duodecimam Cancellariae sortita esse effectum.

61 Illum censetur sortita, *sec. d. reg. & Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 6. & sess. 25. de reform. cap. 9. si capta possessio.* Quod si non factum, revocatur, potestque succedente vacatione de beneficio tanquam verè vacante provideri legitime: *Cochier. in d. reg. 12. num. 21. Hojedan. d. tract. part. 3. num. 21. Garc. d. cap. num. 150. cum seqq.*

62 Non tamen procedit illa regula; In Unionibus factis ex causa necessaria, puta ex causa dotis pro beneficii erectione: *Garc. d. loco num. 283. cum seqq. Valenzuel. conf. 22. num. 55. cum seq. Barbof. d. loco, num. 66. pro augmento dotis ad divini cultus sustentationem necessario: Marc. Ant. Genuens. in pract. Eccles. qu. 440. Gonzal. ad reg. 8. Canc. Gloss. 5. §. 7. num. 49. Garc. d. loc. vers. & licet. Nec infertis auctoritate Concilii Tridentini: *Flamin. de resignat. lib. 2. qu. 9. num. 18. cum seq. Gonzal. d. Gloss. 5. §. 7. num. 46. cum seq. Nec facta ex causa onerosa, in recompensam. Gonzal. d. loco num. 50. Garc. d. loco num. 297.**

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G. IV

32



Dissolvere uniones possunt hi, qui eas facere, Ac Legatus & 63  
Episcopus non tantum à se factas, sed & à Summo Pontifice ex pote-  
stare ordinaria celebratas; non absoluta potestatis auctoritate fa-  
ctas; nec & Cathedralium Ecclesiarum, nec beneficiorum exempto-  
rum: *Rebuff. d. praxi tit. de revocat. union. num. 21. Cuchus Inst. Jur.*  
*Can. lib. 1. hoc. tit. vers. dissolvere.*

Possunt hoc multis ex causis; Veluti, quando per Unionem<sup>64</sup>  
tollitur hospitalitas; religionis fit dissolutio; *d. c. novit ille. 1. Ne Sede*  
*vacant. quid innovet.* quando cessat causa propter quam facta; ut si de-  
stert Ecclesiæ esse pauperes; *c. cum Martinus. de constitut.* si incipiat  
nocere Ecclesiis; *c. suggestum de decim.* quando facta per Simoniam.  
*vid. Rebuff. d. tit. Davis d. loco. in fin.*

Ad revocationem hanc causæ requiritur cognitio, & Capituli<sup>65</sup>  
consensus, ac vocatio Defensoris. *Azor. d. lib. 7. cap. 29. qu. 5. &*  
*6. Garc. d. loc. num. 307.*

Revocatione factâ omnia in antiquum redeunt statum. *Petr. 66*  
*de Perusio de revocat. union. cap. 5. num. 1. usque ad 12. Rebuff. d. loc.*  
*num. 38. Garc. d. loc. 67. in fin. Cuchus d. loc. vers. ult.*

## TITULUS XI.

De Fiduciis, seu Commendis Eccle-  
fiarum.

## SUMMARI A.

- |                         |                         |
|-------------------------|-------------------------|
| 1. Commenda quid.       | facta.                  |
| 2. Ejus origo antiqua.  | 5. Exagitant eas Inter- |
| 3. Commendatarii, an    | pretres.                |
| Custodis jus fuerit ma- | 6. Commenda hodie vel   |
| jus.                    | sunt Temporales, vel    |
| 4. Commenda pernitiōsa  | Perpetua.               |

7. Ille



7. *Ille quando fiant.* 15. *Est ea Titulus Canonicus.*  
 8. *A quibus fieri hæc possunt.* 16. *Diplomatis Pontificis formula.*  
 9. *Non ultra sex menses.* 17. *Quæ hinc inferantur.*  
 10. *Quæ hic Concilii Tridentini correctio.* 18. *Commendatarius potest petuus quam habet auctoritatem.*  
 11. *In illis Vicarii deputatio ad quem spectet.* 19. *Moriens eo, Beneficium redit ad primam naturam.*  
 12. *Quæ earum vis.* 20. *A dictis Commenda diverse sunt Commendæ Militares.*  
 13. *Commenda perpetua, quæ.*  
 14. *Eam concedit solus Papa: Et Quare.*

**I**nter modos ordinarios quibus Beneficia acquiruntur, hæc sunt: *Titulus, & Commenda & Triennalis possessio.* De quibus nunc, ordine videndum.

1 **C**ommenda, est Ecclesiæ custodia alicui commissa. *in c. nemo deinceps. de elect. in 6.*

2 **O**rius eius antiqua. Præcis enim temporibus cum Ecclesiæ vacanti Pastor idoneus statim non poterat præfici, interim ut ea incommoda, quæ *ἀναρχία* parit ut plurimum, evitarentur, solent Ecclesia vacans commendari & committi Viro alicui probo, qui tamquam tutor quispiam aut procurator actus sui redderet rationem. *disque non erat Ecclesiæ pastor, constituebaturque tantum ad tempus: c. constitutum. 7. qu. 1.* Quæ de causâ poterat & Ecclesiæ alterius. *Mores* pro mandari hæc curatio & administratio. Non enim contra Pontificios canones duabus videbatur præfici Ecclesiis, aut transferri ab una ad aliam, cum unius Ecclesiæ esset pastor perpetuus, alterius vero *ita*

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

LIB. IV  
32



hos temporarius: *can. Clericum. can. qui plures. 21. qu. 1. can. obitum. 16. can. Catinensis. 17. dist. 61. c. dudum. 2. de elect. & comodo accidebat, ut unusidemque duas haberet Ecclesias, unam Intitulatam, aliam Commendatam.*

Commendatarii tamen jus, *Custodis* jure erat majus. Erat enim 3  
Procurator & in spiritualibus & temporalibus, & prater bonorum immobilium alienationem, & qua consecrationis exigunt ministerium, poterat omnia; *c. 11. cui de elect. in 6.* Proptereaque perinde acis qui Titulum habet, ex beneficii Commendati redditibus faciebat sumptus, subministrabat alimenta, Ecclesiae persolvebat debita; *Archidiacon. in can. qui plures. 2. qu. 21. cum haec omnia Custodi essent denegata. Dartis tract. de benef. sect. 6. cap. 8. vers. ad beneficia. in fin.*

Verum res longè utilissima, ad consulendum Ecclesiis vacanti- 4  
bus inventa & excogitata, tandem in ipsarum conversa est perniciem & pestem. Coepit enim per eam viam de vacantibus Ecclesiis provideri iis, quibus non licebat per canones; veluti ut quis contra canones duabus praeficeretur Ecclesiis; ut cum beneficia saecularia saecularibus, regularia debeantur regularibus, possit regulare in Commendam dari Seculari, vel saeculari Regulari; vel cum patienti aetatis defectum datur beneficium in Commendam; denique quoties in eo, cui conferendum est aliquod beneficium, juris aliquis est defectus, illud Romanae Curiae moris esset solet, ut ei detur beneficium in Commendam. *Dartis d. loco. vers. sed quae. vid. Gambar. de offic. Legati. lib. 4. rubr. de potest. Legati in commendando benef. qu. 21. num. 57. Campeg. de commend. benef. num. 7. Rebuff. de pacific. possessor. tit. de commenda. num. 7.*

Quod genus Commendarum multis modis Interpretes impro- 5  
bant & exagitant: docent ex eo Ecclesiae multa evenire mala: *Dartis d. loco. Duar. de benef. lib. 5. cap. 7. Petr. Gregor. in Enarrat. ad tit. Decret. de rescript. lib. 1. cap. 17. num. 3.* Nos judicium nostrum suspendimus hic; relinquimus judicium perpendendum Pontificibus Sum-  
[Mm] mis,



mis, & Commendarum Collatoribus, & conscientiarum casus erag-  
tantibus. Considerabimus Commendæ naturam hodiernam.

6 Est ea duplex; *Temporalis* vel *Perpetua*; seu altera in Ecclesiâ  
altera in Commendatarii utilitatem; cum facultate disponendi de fru-  
ctibus, sicut verus Beneficiatus. *Zech. de benef. & pens. cap. 7. Jacob de*  
*Grassis. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 97. Garc. de benef. part. 2. cap.*  
*4. num. 7. Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 8. num. 11. Barbos. Jur. Eccles.*  
*univ. lib. 3. cap. 9. num. 1.*

7 *Temporalis* fit, quando alicui datur beneficium in custodiam ad-  
ministratioremque ad tempus, ad Ecclesiæ utilitatem. Qui, cum  
commendare nihil aliud sit quam deponere. *l. commendare. ff. de verb.*  
*signif. l. Lucius. 2. ff. de positi. can. ne quis arbitretur. 22. qu. 2. De*  
*positario fit similis. Gloss. in d. can. ne quis arbitretur. verb. commenda-*  
*re: vers. idem est quod deponere. Barbos. de off. & potest. Episc. part. 3.*  
*alleg. 59. num. 10. & d. lib. 3. cap. 9. num. 4. Excepto eo quod, con-*  
*tra quam depositarius, sibi ex fructibus conferat alimenta & expensas*  
*idque in temporarii regiminis & gubernii retributionem. Archidia-*  
*in d. can. qui plures. num. 1. Rebuff. d. tit. num. 3. Rota decis. 772. lib.*  
*num. 3. vers. eo quod magis. part. 2. recent. Latr. d. loc. num. 117.*

8 Fieri hoc potest ab Episcopo, *sec. c. nemo. deinceps. de elect. in 6.*  
non eo inferiore, *Domin. in c. nemo. de elect. in 6. num. 14. & infra.*  
*num. 8. Felin. in c. auditis. num. 12. de presumpt. Corraf. de benef. 1.*  
*part. cap. 6. num. 3. Gambar. d. tract. lib. & rubr. qu. 21. d. num. 16.*  
nisi quasi Episcopalem Jurisdictionem habente: *Flores de Mora cas.*  
*lib. 2. qu. 24. num. 16. Tambur. de Jure Abbatum. tom. 1. disp. 4. qu. 1.*  
*num. 8. & 9. Garc. d. loco. num. 11. & 12.*

9 Sed non ab utroque ultra sex menses. *d. c. nemo deinceps. de elect.*  
*in 6. Nisi Ecclesiæ necessitas vel utilitas durer diutius. Gonzal. ad*  
*reg. 8. Cancell. Gloss. 5. §. 8. num. 35. Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 6.*  
*cap. 8. qu. 7.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



Quod per Concilium Tridentinum correctum, declarante Sa-  
 ere Congregatione, hisce verbis; *Commende, quæ ad sex menses in Ec-*  
*clesiis curatis fieri poterant ab Ordinariis, juxta c. nemo. de elect. in 6. am-*  
*plius, post Concilium, locum non habent, cum debeat in eis deputari Vi-*  
*carius ad formam. cap. 18. sess. 24. Garcias d. loco. num. 15.*

Ejus Vicarii deputatio, donec providentur de Rectore, spectat  
 semper ad Episcopum diocesanos, in quâ est Parochialis. *Leo in The-*  
*saurio Fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18. num. 52. Barbof. d. lib. 6. cap.*  
*num. 9. & 10.*

Sed in istis Commendis temporalibus adest Titulus nullus, nec  
 datur jus in re, nec jus ad rem, & semper revocari possunt; *Gomes.*  
*ad reg. Cancell. de non tollendo jure quæstio. qu. 4. num. 22. Gonzal. d. Gloss.*  
*5. §. 8. num. 37. etiam intra semestrem: Gloss. in can. qui plures. 21. qu. 1.*  
*& c. si confiterit. de accusat. Gare. d. loc. num. 53. Barbof. d. loc. num.*  
*12. cum aliis seqq.*

Perpetua Commenda est, quæ concedi solet in favorem certæ per-  
 sonæ cum facultate disponendi de beneficio ut verus beneficiarius.  
*Flamm. Paris. post alios. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 17. num. 8. Lotter. d.*  
*tract. lib. 1. qu. 17. num. 10. cum seqq.*

Eam concedit solus Papa. *Aneas de Falcon. tract. de reservat. 14*  
*qu. 3. num. 11. Gambar. d. loco. num. 162.*

Quare supra pro palatum. Meritò talem Commendam appel-  
 lant Mandof. *ad reg. Cancell. 33. qu. 30. num. 3. Gonzal. d. Gloss. 5. §.*  
*8. num. 6. alique dispensationem palliatam ad obtinendum aliquod be-*  
*neficium aliàs obtineri prohibitum.*

Est ea titulus Canonicus, c. dudum. *il. 2. de elect. d. can. si plures. 15*  
*21. qu. 1. Gonzal. d. gloss. 5. §. 8. num. 2. parumque aut nihil distat ab*  
*aliis beneficiorum provisionibus. Gonzal. d. loc. num. 3.*

Quod ostendit conceptio formulæ ejus in Diplomatum Pontifi-  
 cius. Quæ solet esse hujusmodi; *Ut commodius opera sustentare valeas,*  
 [M m] 2 de



de alicujus sustentationis auxilio providere cupientes, tale beneficium auctoritate Apostolicâ concedimus, & commendamus, ac providemus, pro te, quamdiu vixeris, obtinendum & possidendum, ita quod durante Commenda hujusmodi de fructibus, ac redditibus ipsius disponere & ordinare valeas. &c. Rebuff. d. lit. num. 82.

- 17 Ex quo inferuntur hæc: I. Regulas Cancellariæ, loquentes de beneficiis & sibi vindicare locum in Commendis perpetuis: *De Regula, de infirmis resignantibus restantur hoc Gomes. ibid. qu. 13. Gonzal. d. Gloss. 5. §. 8. num. 13. De regula de publicandis resignationibus; Gomes. ibid. qu. 3. Gonzal. 3. §. num. 6. De regula de idiomate; Gomes. qu. 7. Gonzal. num. 21. Mandos. 32. qu. 7. num. 14. De regula. De vicariis, Gomes. ibid. qu. 5. num. 10. cum seqq. Gonzal. d. loco num. 22. De regula De verisimil. notitia; Gomes. ibid. num. 4. Gonzal. num. 23. De regula De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias & monasteria. Gonzal. d. loc. post num. 32. Rota decis. 791. num. 8. cum seqq. part. 1. decis. II. Commendas perpetuas esse irrevocabiles: Gomes. in reg. de publicandis. qu. 4. Rota decis. 791. num. 11. part. 2. divers. Gonzal. d. §. num. 29. & 33. III. In alterius beneficii impetratione, ut gratia sit valida, mentionem debere fieri de tali Commenda. Gonzal. d. §. num. 17. IV. Talem commendam requirere qualitates legitimas, petende ut verum beneficium: Gonzal. d. §. num. 3. Caputq. decis. 127. num. 3. part. 1. V. Incompatibilitatem operari inductam à c. de multa. de prebend. & Extrav. Execrabilis. eod. Hojeda. de incompatib. benef. part. 2. cap. 14. à num. 16. Gonzal. d. §. num. 20. Sed hoc, vi Concilii Tridentini, sess. 7. de reform. cap. 4. sic statuentis Quicquid de cætero plura Curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica sibi per viam unionis ad vitam, seu Commenda perpetua, aut alio quocumque nomine & titulo contra formam Sacrorum Canonum, & præsertim Constitutionis Innocentii III. quæ incipit: De multa, recepta in simul. retro præsumpserit, beneficiis ipsis juxta ipsius Constitutionis dispositionem in ipso jure, etiam præsentis canonis vigore, privati existat. Cum autem illud esset receptum, posse quem unum beneficium habere in titulum alterum*

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesiasticis

G IV

32



alterum in Commendam: ut jam admonuimus. *vide Barbof. d. lib. 6. cap. num. 35.* VI. Commendas has, si fiant pretio, pertinere ad Simoniam materiam. *Suarez. de relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia. Bonacina de Simonia disp. 4. num. 14. Sebast. Cesar. in reliq. de Eccles. Hierarchia part. 3. disp. 14. §. 7. prope fin.* VII. Commendatarios perpetuos haberi pro Titularibus; Juraque loquentia de hisce, & locum habere in illis. *Rebuff. de pacif. possess. num. 42. vers. & sic Mandos. reg. 32. qu. 7. num. 8. 9. 10. & 11. Gonzal. d. §. num. 7. Flam. Paris. d. tract. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 17. num. 13.*

Habet Commendatarius perpetuus in temporalibus & Spiritualibus potestatem liberam: *Rebuff. d. loc. num. 41.* potest presentare, eligere & conferre: *Rebuff. d. tit. de commend. num. 62. Gonzal. d. Gloss. §. num. 14.* super fructibus beneficii commendati transigere: eos vendere: *Rebuff. d. tit. de pacif. possess. num. 40. Gonzal. d. loc. num. 19.* cum alio beneficio, dato in titulum, permutare: *c. fin. de rer. permutat. Petr. de Perusio de rer. permutat. num. 9. Gonzal. d. loco, num. 24.* etiam in favorem resignare: *Flam. Paris. d. qu. 17. Gonzal. d. loco, num. 25.* tenetur, ut quilibet alius Beneficiatus, narrativam verificare: *Putens decis. 253. lib. 9. canonicas preces servare, Vasqu. in opusculo de benef. cap. 4. art. 1. dub. 3. Bonacin. de horis Canonic. disp. 1. qu. 2. punct. 4. num. 3. Bonart. de observat. horar. Canonic. lib. 2. cap. 4. num. 20.*

Commendatario hoc moriente, beneficium revertitur ad primam naturam. *Frederic. de Senis in tract. permut. cap. 15. Gomes. ad reg. de verisimilitudine. qu. 6. Petr. Gregor. d. loco, num. 5. circa fin. Rausstract. de Commend. qu. 6.*

Cum dictis Commendis perpetuis non confundemus Præcepto-  
rias seu Commendas Ordinis Militum Hospitaliorum S. Joannis Hierosolymitani, vel Ordinum aliorum, ut S. Antonii. Habent enim hæc beneficium regularis naturam propriam, & conferuntur personis  
[Mm] 3 Ordinis



TITULUS XII.  
De Triennali Possessione.

SUMMARI A.

1. Possessori pacifico Triennali non potest moveri controversia.
2. Ex decreto Concilii Basileensis : postea approbato.
3. Is non est sine Titulo.
4. Titularis est aut Justus aut Coloratus.
5. Justus triennali possessione non indiget, omnino Coloratus.
6. Hunc habere qui dicantur.
7. Qua dicantur possessores intrusi.
8. An colorato Titulo ad-
9. Titulus coloratus qualis esse debeat.
10. Eum quando dicere reneatur possessor.
11. In eo non requiritur Bona fides.
12. Triennium quale esse debeat.
13. An currat agere impedito.
14. De eo protestari debet.
15. Qui post triennium lapsum agere possunt.
16. Qui dicto Decreto non juventur.

Corvinu  
De Person  
et Benefic. Eccel

G IV  
32



**P**ostremus modus obtinendorum Beneficiorum Jure Ordinario, est *Possessio pacifica beneficii per triennium*, cum colorato titulo, vim justi & legitimi tituli habente. *tit. de pacific. possessor. in Pragm. sum. & in Concordatis Gall. & Reg. Cancellaria. de Triennali Possessore.* Et enim ei qui beneficium triennio possedit, ne de proprietate quidem ac titulo ulla amplius moveri potest controversia.

Derevit hoc primum Concilium Basiliense litium finiendarum causa, & ne, beneficiorum jus perpetuum esset incertum: *arg. l. i. ff. de usucap. & usurp. & interim gregem Dominicam invaderet lupus rapax, ut in simili dicitur in c. ne pro defectu. de elect.* Decretum illud postea in Regulas Cancellariae est relatum, aut scribit Duarenus *tract. de sacris Eccles. Ministr. lib. 7. cap. 12.* illud Romani Pontificis sunt emulati.

Triennalis ergo possessor non est sine Titulo: id est, modo obtinendi beneficia.

Sed Titulus talis est duplex; aut Justus, aut tantum Coloratus.

Si Justus; veluti si electus fuerit, aut postulatus rite vel legitime, vel in beneficio institutus; ut titulum triennali possessione confirmatus, non est opus. Est, si sit tantum coloratus, id est, habeat tantum figuram & colorem Tituli.

Talem habere dicuntur; qui Titulum habent ab his ad quos beneficiorum pertinet dispositio; ceterum ex aliquo defectu accidit, ut coloratus is sit, non justus, aut potior; veluti; Si, cum in conferendo jure concurrerent plures, institutus ab eo qui praevencionis jure non erat potior, possederit per triennium: Si facta fuerit Collatio ab eo cui ne conferret ab Executore erat interdictum: *c. si soli. de concess. prebend. in 6.* Si electio, vitium habens, fuerit facta ab eligendi potestatem habentibus: Si sine praesentatione Patroni Presbyter institutus fuerit in beneficio patronato, isque Patrono non contradicente

cents



cente possederit illud per triennium. *Dart. tract. de benefic. sect. 6. cap. 19. Diss. Dd. & inter illos Gomes. ad d. reg. Cancell.*

7 Reliqui omnes, sive habuerint Titulum ab iis qui conferendi non habent potestatem; ut in *c. ex frequentibus. de institut. sive beneficia propria invaserint auctoritate; vid. c. eum qui de proband. sive si ne nullo precedente, aut falso subnixi; possederint beneficia; sive titulo, prius legitimè habito, privati, nihilominus retineant beneficia sive habeant quidem Titulum à conferendi potestatem habentibus, sed interdictis, vel excommunicatis; dicuntur possessores violenti, auctritusi. c. cum dilectus. de purgat. Canon. Dart. d. loco. vers. reliquos omnes.*

8 Videtur huic Colorato Titulo adversari. *1. de Reg. Jur. in 6. loquens; Beneficium Ecclesiasticum sine institutione Canonice adhiberi non potest.* Ergò Non possessione triennali, aut colorato titulo. Nec tamen adversatur. Quia hic titulus pro iusta habetur & Canonice institutione, nè lites super beneficiis sint immortales, ejusque tituli defectu suppletur ex vi triennalis possessionis. Nec tamen propterea dicitur beneficium acquiri prescriptione; Quoniam non ita acquiritur beneficium alterius, sed vacans, quod, ut exposuimus, habetur vel collatione Apostolica, vel ordinaria. *Dart. d. loco. vers. huic titulo.*

9 Ut possidenti patrocinetur hic Titulus, coloratus debet esse ab initio possessionis talis, & manere per totum triennium talis; Nam si quis titulo incolorato beneficium possederit per biennium, demum tertio titulo accesserit coloratus; puta quod illo anno ab Ordinario collatum fuerit beneficium; non juvabitur dicto Decreto. Ratio, Quia antequam haberet Titulum coloratum, violentus erat & intrusus: *Gloss. in in verb. coloratus. in fin. tit. de pacific. possessor. in Pragm. sanct.* Vel è converso; Si acciderit, ut per biennium possederit titulo colorato, postea verò hic titulus redactus fuerit in non-titulum; ut dicunt vulgò; quia fortè, ut exemplum ponit *Gomes. d. loco. cum re-*

Corvinu  
De Person  
et Benefic. Eccel

G IV

32



nuntiationis esset color, accidit, ut renuntians mortem obierit, post semestrem in possessione beneficii; contra regulam Cancellarie de publicandis resignationibus. atque sic renuntiatio facta fuerit inanis; possessor, Decreti hujus de pacificis possessoribus auxilio, non poterit defendi. *Gomes. d. loc. Dart. d. loc. vers. porro.*

Colorato titulo, qui per triennium possedit pacifice, ad petitionem adversarii titulum docere non tenetur: *fac. l. cogi. 11. Cod. de petition. hered. tenetur ad instantiam Judicis. c. Ordinarii. de offic. Ordin. in 6. & d. tit. de pacif. possessor. in pragm. sanct. & ibi Gloss. verb. coloratus. & in Concordat. Gall.*

Non requiritur in eo, (utin prescribente, juxta c. fin. de prescription.) bona fides. Quoniam is nunquam censendus est possidere fide mala, cum, ut dictum, non prescribat beneficium alterius, sed ex deferentis & non persequentis jus suum, negligentia, sibi acquirat jus in beneficio.

Triennium tamen oportet esse completum. *Gloss. in verb. trienn. 12. no. d. tit. in pragm. Sanct. nec continuatur predecessoris possessio, ut in prescriptionibus & usucapionibus, l. Pomponius. 13. §. cum quis. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. l. ad tempus. 14. ff. de usucap. & usurpat. ad Successorem in beneficio. Gloss. in d. tit. verb. possedit. Zypaeus in jure Pontif. nov. lib. 2. tit. de caus. poss. & propriet. Quia in beneficiis nulla est vera successio; cum is, cui mortuo vel ejurante altero confertur beneficium, nullum ab eo accipiat jus, sed potius ab Antistite conferendi potestatem habente: ut supra docuimus. Et quia in beneficiis nunquam prescribitur Titulus. *Gloss. in c. contingit. de dolo & contum. in verb. continuatur.**

Non currit impedito legitime agere. *c. ex transmissa. de prescrip. can. 10. si Sacerdotes. & can. 13. prima actione. 16. qu. 3.*

De impedimento protestari, protestationemque partibus intimare debet, juxta Concilium Viennense. *relat. in Clem. causam electionis. de elect. d. tit. de Pacif. Possor. in Pragm. Sanct. & in Concord. ut & de utraque facta scripto constare. Gloss. in c. cupientes. vers. quod si per viginti dies. in verbo proposita. de elect.*

[Nn]

Car-



- 15 Carceratum tamen, vel adversa valetudine, quae rebus agendi impedimento, detentum, etiam post triennii lapsum, agere possunt Interpres; *Gomes. d. loco, qu. 57. Rebuff. tract. de pacif. poss. num. 310. quos sequit. Duar. d. loco. Dart. d. loco, vers. hoc autem.* Quoniam etiam hoc decretum, in negligentes tantum editum, non obligat ad impossibile.
- 16 Nec juvatur hoc decreto, qui per triennium non fuit pacificus possessor; hoc est, controversiam, sive judicalem, sive extrajudicalem, est passus super beneficio: *Duar. d. loco. Dart. d. loco, vers. pen. nec adversus in Gallis Jure Regaliae sibi beneficium debere pretendente.* Huic enim tantum triginta annorum praescriptio potest objici: *Glou. tit. verb. coloratum. Duar. & Dartis ad. locis.* nec adversus evincendum beneficium. *c. si beneficia. de praebend. in 6. Vid. excepti. plures apud Rebuff. d. tract. de pacific. possess.*



Corvinu  
De Person  
et Benef. Eccel

G IV

32